


2569

CUREL
DI
CONCILIO

935



2-H-4



VII Y 3

935






S. Oct. 239


Merufe a^z Endoce

de Julio 1888 a/c de:


Boluer Endoso el

do mes. 2 dños.






N^o 239-



TRACTATVS DE CONCILIO GENERALI
& de matrimonio regis Henrici octaui Anglici, & de iubile
& de usuris & usurarijs & eorū pccnis, & de cessatione a
diuinis. & de pluralitate beneficiorum a iure prohi-
bita per Hieronymum decurie decretorum licen-
tiatum in inclita Salmanticensi academia, nunc
nouiter in lucem æditi.:

1546.

ILLVSTRISSIMO:REVERENDISSIMOQ VE DO
mino:ac Domino Ferdinando Valdes Seguntino antistiti Cæsarei
senatus primati primario meritissimo Hieronymus de Cu:
rii iuris vtriusq; professor Decretorum Licenciatus
suæ reuerendissimæ dominationis humilis seruus
debita cū reuerencia. S. P. D. & optat::



CONSVENTISSIMUM est apud scri-
ptores: & operis cuiuslibet conditores: illustrissime: reue-
rendissimeq; presul: dum id in lucem ædere cupiunt: alicui
in signi ac notabili viro dedicare: ut illius auctoritate, & pre-
sidio munitum, atq; fulcitum maioris auctoritatis & æsti-
mationis efficiatur: & ampliori premio & fauore fruatur.
cogitantiigitur mihi, ac sepissime memoriae repeteti cui nā
opuscula hæc meis laboribus & vigilijs congesta dedicare possem: nemo pro-
fecto mihi in mentem venit: cui aptius & comodius ascriberentur: quā reuerē-
dissimā tuæ dominationi: vbi & labores: & vigiliæ meæ tutius requiescerent:
& ampliori premio, & fauore fouverentur: cum certo scirem: id nullū reprehē-
surū quod tu approbares, nullūq; id impugnaturū: cuius te protectorē ac de-
fensorē cognosceret. nū ob eminentissimā tuæ dignitatis preheminētiā gene-
risq; illustrē progenie: nū quia cæsarei senatus primatū obtines. Quāc brē illu-
strissime presul decreui vt opuscula hæc tuo amplissimo nomini dedicata ede-
rentur, ac publicarentur, quatenus feliciter tanti viri iurumq; torrentis tute no-
stræ vigiliæ indefessicq; labores omne in vulgus prodirent, maliuorū nō for-
midarent insultus, non liuidorū timeret mordacitatē: & vt mihi in posterū alii
quid laudis & inolumēti parare possē: amicis quoq; cæteris vt p̄fecere possē:
& talentū mihi traditū nō absconderē: nā in diuinis voluminibus reus esse des-
cribit: qui nō studuerit dare gratis: qđ ipse gratis accepit: quicqd em ecclesiæ
dei, p̄futurū erat subtraxisse videt: si alijs nō tradiderit: qđ ipse nō celādū acce-
pit: vnde psalmographus canit iusticiā tuā nō abscondi in corde meo: veritatē
tuā & salutare tuū dixi. Nō abscondi mīam tuā a cōsilio multorū. Verū em y o
q; materiæ istæ arduæ & difficiles sunt: & sane p̄fecisse in tāta scriptorū mul-
tudine arbitror neminē: ex quo fit: vt Cicerō ait si nō inter primos saltē inter se
cūdos & tertios pulchrū est p̄cēseri: quippe si quis impotēs Hectoris: aut achi-
lis gloriā cōsequi nō pōt Aias aut Diomedis nome & decus nō spernet. Pro
inde illustrissime: reuerendissimeq; prasul munuscula hæc nemini tuo oblata
eo quæso suscipias aio: quo & minutissima: & leuissima queq; officia humanis-
simi magnificere cōsueisti: ac sub nois tui vmbra delitescere: & regescere pa-
tari: cognoscēs seruulū tuū nihil magis cōcupiscere: qđ aliquid pusilli muneris
offerre quo tuorū deditiorū ac seruorū nūero ascribi mercar. Vale illustris-
sime reuerēdissimeq; antistes & metuo obsequio qđ libentissime sc̄mp paratu
puta. Ex oppido Metina de r̄ioseco: p̄die idus Septēbris. Anno nativitatis dñi
cæ. Millelmo qđragēsimō qđragēsimō q̄nto: indictiōe decima sexta. Deo ḡfas.



¶ Quanto præcellunt Pinus arbusta minoras;
Tanto hic præcellit maxima quæcꝫ liber.

¶ Utique arcet utam defendunt menibus urbem;
Sic Curiel munit dogmata sancta pius.

AD L E C T O R E M .

VO S V N T C A N D I D I S. L E.
 etor, quæ ad opus aliquod legendum studiosum homi-
 nem allicit: primum est, rerum ipsarū magnitudo &
 excellentia, alterum est incognita & inaudita tractatio
 nullius antea studio declarata. Quod si forte tam fœlici-
 ter aliquis animum ad scribendum appulit, vt eorum
 vtruncꝝ in suis laboribus assequatur: nemo iam erit qui tum rei nouitate,
 tum bonitate non adducatur vt opus non modo legat: sed audiſſima intē-
 tione perlegat, ac nisi me suscepti operis fallit affectus (amat enim ea q̄ ſan-
 guine & ſudore conſtit erūt) existimauerim, vtruncꝝ me in hislibris præſti-
 tiſſe: vt partim in audita prius afterrem: partim ita cognitu & auditu digna-
 vi propter illa quemadmodum prouerbio dicitur: quoduis debeat vadis-
 monium relinqui: necq; tam me in propria cauſa iudicem conſtituo quod
 leges & iura minime patiuntur: quāte lector humanissime cuius eruditio-
 ni & censuræ totum hoc examinādum permitto. Sed quoniam in ciuiſe eſt iu-
 dicare: niſi tota cauſa perſpecta: illud te etiam atq; etiam velim oratum: vt
 tunc demum de lucubrationibus nistris ſententiām feras: cum diligentia
 non vulgari: hoc quicquid eſt quod tibi offertur: euolueris habes de conci-
 lū generalis auctoritate & eius potestate inulta briuiter cōprehensa: habes
 de regis Angliae matrimonio: de iubilei amplitudine & preſtātia: habes
 deniq; de viuris & viurarijs de ecclesiasticis interdictis omnia noſtro
 marte & ptiaci cura per pſa: neq; tantū mihi arrogarem ut hac
 in lucē edarem & ad manus doctorum hominū mitterem: niſi
 omnium doctorum: qui noſtra tēpeſtate vigēt: conſenſu
 comprobata forent: atq; vt de cæteris ſilcam grauiſſi-
 mus perinde ac cōſultuſ, totius hispaniæ ſonatus
 cui nō iniuſus potestas ſumma q̄ eruditio ſum-
 ma eſt: harc oīa tractauit: ex cūſſit: exegit ac
 ſeueriſſimc iudicauit ut typis excudeſ-
 rentur: in notitiān hominum ma-
 nusq; venirent. Quo veluti
 præiudicio integerrimo
 lector amicissime
 munit⁹ noſtras
 lege vigilias
 & tuo
 ſuffragio quod præmium laboris expeto
 proba amplectere & illuſtra. Vale,

TRACTATUS DE CONCILIO
 generali: & de eius auctoritate & potestate: per
 Hieronimum de Curiel Licens
 ciatum æditus.



VIA ecclesiæ auctoritas plurimum in cōcilijs pollet; & teste beato Augustino: si conciliarū auctoritas tollat omnia in ecclesia erūt ambigua; dubia, & pendētia, & incerta: nam oēs mox redibut hæreses conciliarū auctoritatē dānatæ. idcirco operæ preciū atq; per vti le extractare de cōcilijs generalibus & eorum auctoritate & potestate: et quia materia difficultis: & pīculosa est: prout in simili dicit iuris cōsultus in, l. omnis definiitio. ff. de reg. iu. faciliter enim post quis labi in errore: ideo quicquid in hac recensero, vel scripsero correctionis sanctæ matris ecclesiæ & cuius- eunq; alterius rectius sententis sumitto sumens in omnibus scutū fidei: in quo possim omnia tela nequissimi ignea extinguerē secundū apostolū ad ephesios sexto capite. & quia secundū beatum Augustinum ad Ianuarium scribente: illa que nō scripta: sed tradita custodimus: quæ quidē toto orbे terrarum obseruātur: datur intelligi vel ab ipsis apostolis vel plenarij cōcilijs quorū est in ecclesia saluberrima auctoritas, comendata: atq; statuta retineri: vnde haec quin ita sint facienda disputare insolētissimæ insanitæ est: de utilitate & commodo ex frequenti conciliarū congregatione resultanti ex sacro concilio constat̄ si pater sessione . xxxix. & ex concilio Basiliensi sessione prima quorum verba sequuntur.

Frequens generaliū conciliarū auctoritas: & congregatio, atq; celebra- tio agricōnici cultura est precipua: que vespes: spinas, & tribulos heresum, errorū: schismatū extirpat: excessus corrigit: deformata reformat: & vineam domini ad frugē vberimæ fertilitatis adducit: illorū vero neglectus premis- sa disseminat, atq; souet: haec preterito rum temporū recordatio, atq; presen- tiū cōsideratio ante oculos nostros po- nunt: ea propter hoc edicto perpetuo sancimus, decernimus: vt a modo con- cilia generalia celebrent: itaq; primū a fine huius cōciliij in quinquenū imme- diate sequens, Secundū vero a fine illi- us immediate sequentis concilij in Se- ptenī ac deinceps de decenio in dece- niū perpetuo celebrantur.

Capitulum primum: vnde dicatur concilium: & quid sit sinodus.

Primo igitur pro introductiōne ma- teriæ videndū est: quid sit cōcilium: & vnde dicatur, & an sinodus & cōciliū sint idem: dicendum est ergo q; nomē concilij tractum est ex more romano: tēpore enim quo agebantur causæ: co- ueniebant omnes in vnum: & cōmuni intētione tractabāt: vnde cōciliū a cōi intentione dictū est: quasi cōsiliū: & cō- siliū quasi cōsidiū, d. in, l. līam trāseūte: vel cōciliū dictū est a cōi intētione: eo q; in vnu dirigāt oēm mētis intuitū: sup- cilia em̄ oculorū sunt: vnde q; sibimet dissentiūt: nō agūt cōciliū: q; nō cōsen- tiūt in vnu: cetus vero cōuentus est vel congregātio a coēundo, i. a cōueniēdo

in vnu: hinc cōuentus est nuncupatus: q̄ i bi oēs cōueniūt in vnu: q̄a sicut cōuenius vel cetus dicit: sic & cōciliū aso- cietate multorū in vnu appellat: si- dus autē est nomen græcū: qđ latine interpretatur cōmittatus vel cēt: ha:c sunt verba text⁹ in.c. primo ad finē. xv. dis. hæc idcirco dixi de ethimologia cōcili⁹: qm̄ per ethimologią & definitio- nē cognoscitur substātia cuiuslibet rei secundū Paulū de.c. in prohemio. ff. & Baldum. In rubri. C. qui admitti.

Caput secundum a quo tēpore con- cilia generalia congregari ceperunt.

Cvidendū est præterea: quo tempo- re cōcilia generalia cōgregari ceperūt: & vnde originē & initiu habuerūt: & dicēdū est: q̄ ab ipsa primiua ecclesia tēpore apostoliū ceperūt cōgregari: & initiu & originē sumpterūt pro de- terminatiōibus dubiorū tēporibus eo rū in surgetiū: & occurretiū circa fidē catholicā: & eius obseruationē: & legi- tur eorū tēporibus: quatuor precipua concilia fuisse congregata.

primum **C**primū conciliū fuit: quādo tractatū cōciliū fuit ab postolis de surrogatione succes- Aposto, soris in locū ludæ preuaricatoris: vt le- gitur in actibus apostolorum vbi dici- tur exurgēs Petrus in medio fratrū di- xit viri fratres. &c.

scdm cō. **C**Secūdū apostolorū conciliū fuit: de ciliū apo quo habetur actuū. viij. ca. vbi dicitur: stolorū. q̄ duodecim apostoli cōgregates mul- titudinē discipulorū dixerunt: non est bonum nos relinquere verbum dei: & ministrare mensis: considerate ergo ex vobis fratres septē viros bonitesto- nn̄. plenospi itus anēto: quos cōstitua- mus super hoc opus: & placuit sermo coram multitudine. &c. ex qnibus ver- bis possunt inferri tria notāda: primū,

q̄ etiam inferiora ministeria possunt conferri per concilium generale. Secū- dum q̄ concilium generale potest dis- ponere de alio futur oōcilio. tertium q̄ conuocatio generalis concili⁹ nō ex pectat ad solum Pāpam: quod tamen est falsum vt infra patebit.

Ctertium cōciliū apostolorum est 3. cōciliū de quo habetur actuū. xv. c. nam cum apostolo dubitaretur a nouiter conuersis ad fi- rum. dem: an deberēt tunc circūcidi, & esset magna contentio inter quosdam de ec- clesia: quæstio fuit delata decidenda ad apostolos, & seniores: qui erant in Ihe- rusalem: vt viderent de verbo, & du- bio hoc: & infra ponitur decisio dum subiungitur, visum est spiritui sancto & nobis nihil ultra imponere vobis o- neris, quām hæc necessaria: vt abstinea- tis vos ab Immolatijs Symulacrorū & sanguine, & suffocato & fornicatio- ne: a quib⁹ vos abstinetes bene agetis.

Cuartum conciliū apostolorum 4. cōciliū fuit, de quo habetur actuū. xxi. capi- apostolu. vbi iniunctum fuit a tota congrega- rum. tione seniorum: quōd deberent se con- formare in ceremonijs legis Mosaycæ propter scandalum tunc immīnens, de quo plenius ibi habetur.

Caput tertium de alijs cōcilijs quæ post hæc quatuor concilia Apostolo- rum congregata fuere.

Cest h̄ autem quatuor Aposto- lorum concilia de quibus supra men- tio habita est: multa alia concilia gene- ralia ædita & congregata sunt: & cepe- runt a tempore magni Cōstantini Im- peratoris, secundum beatū Ysidorum in libro ethimologiarum suarum. c. de cir- o octauo precedentibus namq̄ tē- poribus, persequitione Christianorū feruente docendarum plebium mini-

me dabatur facultas vnde christianitas in diuersas haereses scissa est: quia non erat episcopis licentia conueniendi in vicinum nisi tempore dicti Imperatoris constantini ipse enim dedit primus facultatem christianis libere in unum congregari. Horum autem conciliorum quae post apostolorum tempora congregari ceperunt: sunt precipua, & principalia: quatuor ra alia quatuor: quae quasi quatuor dei genera- euagelia, & quasi quatuor paradisi flu- liacocilia minato tum mundum rigant. ¶ Primū post ipsa horum fuit nicenum concilium trecen aposto- torum decern & octo episcoporum, sub lorum. Sylvestro papa & prefato Constantino Primū, magno Imperatore congregatum: in quo Arrianæ perfidiæ blasphemia cōdemnata est: quam de inequalitate sanctissimæ trinitatis idē Arrius in felix assere bat. ¶ Secundum autem concilium fuit constantinopolitanum primum, centū quinquaginta Patrum sub Damaso papa, & cyrillo episcopo Alexadrino, & sub theodosio seniori Imperatore Cōstantinopolitano congregatum: in quo Macedonianus hereticus & sequentes spiritum sanctum deum negantes condēnati sunt, consubstantialē patri & filio eadem Sancta Synodus demonstrans dansq; simboli formam, quā tota lati- norum & grecorum confessio prædicat.

¶ Tertium concilium ephesinum pri- sum ducentorum episcoporum sub Ce- lestino maximo p̄tifice, & theodosio iuniori augusto editum: quod nestoriū hereticum, & sequentes eum duas personas in Christo asserentes iusto anathemate damnatus est: ostendens idem sacrum concilium manere in Christo duas naturas in una persona, seu hypostasi.

4. conci. ¶ Quartum concilium generale fuit

Calcedoniat congregatum, sex cento rum triginta patrum, sub beato Leo- ne Papa, & sub Martiano Impera- re Augusto, & Anatholio Constanti- nopolitano Episcopo: in quo Nesto- riū hereticus asserens in Christo Iesu unam tantum naturam, & eius defensor Dioscorus Alexandrinus Episcopus & Eutices Cōstantopolitanus Abbas, cum reliquis fautoribus, vna omnium predictorum patrum sententia dam- nati sunt: ostendens & docens eadem Sancta Synodus Christum sic natum de Virgine, ut in eo substantiam diui- nae & humanae naturae confiteamur. ¶ Fuit insuper aliud quintum concilium Cōciliū Constantiopolitano congregatum sub Iulio Papa & Iustino Imperatore, cōtra Theodorum & alios Hereticos dicētes aliud esse verbum Dei & aliud Christum, & beatā Deigenitricē Dei matrem negabant.

¶ Sextum concilium similiter Consta- tinopolitano coadunatum cētum & quin- quaginta episcoporum sub papa Aga- thone, & Constantino Imperatore, cōtra Macharium Antiochienum Epi- scopum, & cæteros hereticos asseren- tes unam voluntatem, & unam opera- tionem tantum in Christo.

¶ Caput tertium de modo celebran- di concilij postquam fuerit actu con- congregatum.

¶ Videndum nunc est de ordine & mo- do celebrandi cōciliij & postquam fue- rit actu congregatum: & ordo est: qui sequitur. Hora diei prima ante solis or- tum enciatur omnes ab ecclesia & ob- seratis foribus & ianuis cunctis, ad unam ianuam per quam sacerdotes in- grediantur: ostiarij astabunt: & conue- nientes omnes Episcopi pariter introi- a iiiij

bunt: & secundum ordinationis suæ tempus residuebunt: post ingressum vero episcoporum omnium atq; conselsum vocetur deinde presbyteri: quos causa probauerit introire nullusq; inter eos se ingerat diaconorū: post hæc ingrediatur diaconi probabiles: quos ordo poposcerit interesse, & corona facia de sedibus episcoporū, presbyteri a tergo sedeant eorum: quos tamen se suros secum metropolitanus elegerit: qui utiq; cum eo iudicare, & diffinire possunt: diaconi in conspectu episcoporum stent: deinde ingrediantur laici: qui electioni concilij meruerint interesse: ingrediatur quoque notarj: quos ad recitandum vel excipiendum ordo requirit, clausisq; Ianuis, & sedētibus in diuturno silētio: sacerdotibus atq; cor totum ad Deum habentibus, dicturus est archidiaconus: Orate. statimq; in terram prosternantur omnes tam episcopi quā presbyteri: & orātes diutius tacite cum flectibus, atq; gemib; vnu ex episcopis senioribus, surgens orationem palam fundat ad dominum cunctis adhuc in terra sacerdotibus, dicens hāc orationem. Oratio.

Adsumus domine sanctæ spiritus, adsumus imanitate quidem peccati detenti: sed in nomine tuo spiritualiter cōgregati: veni ad nos & esto nobiscum dignare illabi cordibus nostris: docē nos quid agamus: quo gradiamur: & ostende quid efficere debeamus: vt te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus: esto salus, suggestor & effector: iudiciorū nostrorum: qui solus cum Deo patre, & eius filio nomen possides gloriosum non nos patiaris turbatores esse iustitiae: qui summam

diligis equitatem: vt insinistram nos trahat ignorancia, non fauor inflectat, nō acceptio muneris, vel personæ corrumpt: sed iunge tibi nos efficaciter, solius tuæ gratiæ dono: vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus a vero: qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam: vt hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamus premia æterna. in qua oratione Pater noster non dicatur, neq; benedictio, sed ipsa solummodo oratio confirmetur. finita autem oratione & responso ab omnibus amen. Rursus dicat Archidiaconus: erigite vos, confessim omnes surgant, & cum omnitemore Dei, & disciplina tam Episcopi, quam presbyteri sedeant. Sicq; omnibus in suis locis in silentio consentibus, Diaconus alba indutus codicem canonum immedium proferens capitula de concilijs agendis pronunciet; id est: de concilio Toletano tertio, era decima octaua: item ex concilio Toletano quarto era tertia: Item ex capitulis Orientium partium: quæ Martinus Episcopus de Græco in latinum vertit era decima octaua de Synodo facienda: item ex cōcilio calcedonensi era decima octaua. Item ex concilio Agathensi era vigesima quinta: vel vigesima sexta: vel aliis de canonibus: quod Metropolitano visum fuerit aptius ut legatur, finitisq; titulis Metropolitanus concilium aliquatur exhortatione dicens: ecce sanctissimi sacerdotes premissis Deo precibus: fraternitatem vestram pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomen obtestor: vt ea que a nobis de-

Deo: & sacris ordinibus vel sanctis Moribus vobis fuerint dicta cum omnini pietate suscipiatis: & cum summa reverentia perficere intendatis: quod si forsitan aliquis vestrum aliter quam dicta fuerint senserit, sine aliquo scrupulo contentio in nostris auribus ea ipsa de quibus dubitauerit conferenda reducat; qualiter deo auxiliante; aut doceri possit: aut doceat: deinde similivos obtestatione conuenio: & obsecro: ut nullus vestrum in iudicando: aut personam accipiat: aut quolibet fauore: aut munere pulsatus a iusto iudicio scienter avertatur: aut discedat: sed cum tota pie tate quicquid cœtu*m* nostro: se iudicandum intulerit retractate ut neque discordanter contētio ad subuersione iusticiæ inter nos locum inueniat: neque item in perquirienda æquitate vigor nostri ordinis: vel sollicitudo tepelet: post hanc exortationem introibunt omnes, qui cūque fuerint Presbiteri: Diaconi: vel Religiosi vniuersi ad audiendam doctrinam: sicutque archidiaconus lecturus canonem Toletani concilij, era prima ne conciliū tumultu agitetur: quo canone perfecto: concilium Ephesinum per ordinem legatur: deinde collatio pariter: & instructio: de misterio sanctissimæ trinitatis habeatur: simulque & de officiorum ordinibus si in omnium sedibus eiusdem celebritatis uitas teneatur: pro his quoque causis propter spaciu*m* diei permiserit: & epistola beati Leonis Papæ ad Flauianū Episcopū de errorib*m* Euticetis & misterio trinitatis, legendi sunt canones quoque de unitate officiorum: neque aliud aliquid ultra transeat: quam omnia ista explicitur: ita tamē ut in totos tres dies

Letaniarum nihil aliud agatur: neque tractetur: nisi sola collatio de misterio sanctæ Trinitatis: & de ordinibus vel sacris vel officiorum institutis: ita ut hæc tota partiantur per illos tres dies: ut nihil aliud: sicut dictum est: nisi sola quæstio de his que predicta sunt habatur: ita ut lectio semper congruens ordini: & causæ: quæ querenda est: antecedat. Post hæc in quarto die reliquæ per ordinem admittendæ sunt: siveque omnes: qui de Religiosis in retro actis diebus pro spirituali instructione inter fuerant in cocilio foris congregantur: residentibus aliquibus presbyteris, in concilio: quos Metropolitanus probauerit honorandos, per singulos tamen illos tres dies Recognitionū letaniarum. Episcopi vel presbyteri cum ad monitore, primum orationibus se prosternant: siveque colleta a Metropolitanano oratione consurgant: & de diuinis tantum, ut dictum est, rebus collationem habeant. in reliquis autem diebus cunctis astantibus oratio colligenda est, & sic confidētes causarum negotiā iuste & religiose colligant: nullus autem tumultus aut inter considentes aut inter astantes habetur: eodem tamen modo, eodem quod ordine ad concilium omnes per singulos dies ingrediantur: quo superius iam præmissum est: nam si presbyteri reliqui, aut Diaconi clericis uelaici de his, qui foris steterint concilium pro aliqua re crediderint appellandum: ecclesiæ Metropolitanæ archidiacono causam suam intiment: & ille concilio denuntiet. tunc illis intreundi sigillatim & proponendi licencia concedatur: nullus autem epis-

coporum acetu discedat; antequā ho-
ra generalis recessus ad veuiat. ¶ Con-
ciliū nullus soluere audeat, nisi fuerint
cuncta determinata; ita vt quæ cunctæ
deliberatione communi finiuntur epis-
coporum singulorum manibus subs-
cribatur: ita tamē vt ante duos vel tres
dies quam concilium dissoluatur; om-
nes constitutiones a se editas diligent
consideratione retractent: ne in aliquo
offendissent. Item in die in quo cōciliū
dissoluendū est: canones, qui in sancta
sinodo constituti sunt corā ecclesia in
publico legātūr: quibus explicitis: res-
pondeatur in choro amen: deinde ad
locū redeuntes vbi in concilio resede-
runt: canones ipsos subscriptant: admo-
nendi quoq; a metropolitano sunt de
pascha vētrī o: quo die debeat celebra-
ri: admonendi etiā sunt qno tēpore su-
peruenienti anno: ad faciendū cōciliū
veniant: eligendi etiā sunt de episcopis
qui cū metropolitano dies festos nata-
lis dñi & sanctū pascha debeat celebra-
re. post hæc dicente archidiacono ora-
te oēs simul in terrā se prosternāt: vbi
diutissime orante shanc vnu ex maio-
ribus orationem dicat. Oratio.

¶ Nulla est dñe humanæ cōcīetiæ vir-
tus: que in offēse possit tuæ volūtatis
iudicia expedire: & ideo quia imperfe-
ctum nostrum viderunt oculi tui: per-
fectioni deputa: quesumus: que perfe-
ctio æquitatis fine cōcludere peropta-
mus: te in nostris principijs occurso-
rem poscimus: te quoq; in hoc fine iu-
diciorum nostrorum excessibus ades-
se precamur: scilicet vt ignorantiae par-
cas: erroribus indulgeas: vt perfectū
votis. perfectam operis efficaciam lar-
giaris: & quia conscientia mordēte ta-
belcumus: ne aut ignorantia nostraxe-

rit in errorem aut preceps forsam vo-
luntas impulerit iusticiam declinare:
ob hoc te poscimus: te rogamus: vt si
quid offensionis in hac conciliū celebri-
tate cōtraximus: condonare: ac remis-
sibile facere digneris: vt ī eo quod solu-
turi sumus aggregatum concilium a cū
Etis primum ab soluamur nostrorum
nexibus delictorum: qualiter & trans-
gressores venia: & consitentes tibi sub-
sequatur remuneratio sempitrna. huic
orationi Pater noster ad iungatur: &
cunctis ad huc iacētibus benedictio ex-
plicetur: christus dei filius: qui est ini-
um: & finis: complementū vobis tri-
buat charitatis Amen. & quivos ad ex-
peditionem huius fecit peruenire con-
ciliū: absolutos vos efficiat ab omnirea-
tulibiores effecti absoluti: etiam per
donū spūs sancti felicī redditu vestra-
rum sediū cubilia repetatis illesi: amē.
quod ipse prestare dignetur: cuius re-
gnū & Imperium permanet in secu-
la seculorum Amen. quibus expletis
cum dictum fuerit ab archidiacono: in
nomine domini nostri iesu christie a-
mus omnes cum pace: illico pariter ex-
urgentes residente metropolitano: ab
ipso primum in cipiente osculum sibi
inuicem pariter omnes dabunt: sic qz
data sibi in vicem pace: cenuentus con-
ciliū absoluatur. ¶ Oratio dieis secūde.
Nostrorum tibi domine: curuātes ge-
nua cordium quesumus: vt bonum:
quod nobis a te requiritur exequa-
mur: vt prompta scilicet solitudine
gradientes discretionis arduæ subtile
iudiciū faciamus: ac misericordiam di-
ligentes claramus studijs tibi placitæ
actionis. Oratio. ¶ Ad te
dñe: interni clamoris vocibus pelamā-
tes vnanimiter postulam⁹: vt respectu

tua gratiae solidati precones virtutis
iuæ efficiamur: intrepidit tuum q̄ valē-
amus verbū cū oī fiducia loq. ¶ Item
modus, qui seruari debet post quam
omnes fuerint congregati in loco de-
putato: traditur in cōcilio toletano vñ
decimo, vbi dicitur, in loco benedictio-
nis consedētes dominis sacerdotes, nul-
lus debet aut indiscretis vocibus per-
strepere: aut quibus libet tumultibus
perturbare: nullus etiam falsis, vanis
ve, risib⁹ vel quod est deterius, osti-
natibus disceptationibus, tu multuo-
fas voces effundere. Si quis enim vt ait
apostolus putat, se religiosum non re-
frenans linguā suam, sed seducens cor-
suum: huius vana est religio: cultum
enim suum iusticia perdit: qñ silentiū
iudicii obstrepensum turbatio cōfun-
dit, dicente propheta, erit enim cultus
iustitiae silentiū: debet ergo qnicquid:
aut consentientiū cōsultationibus agi,
aut ab accusantium parte preponitur
sic mittissima verborū relatiōe profer-
ti: vt ueq; contentiosis vecibus sensus
audientium conturbent: necq; iuditij vi-
gorēm per tumulta enercent: quicun-
q; ergo in cōcūtu conciliij hæc, quæ
premissa sunt violanda crediderint: &
contra hoc interdictum: aut tumulto:
aut contumelijs: vel risib⁹ concilium
perturbauerit: iuxta legis diuinæ adi-
tum quo precipitur ejce derisorē: &
exhibit cū eo iurgium cum omni dede-
core ac confusione abstractus a cōi ce-
tu. & triū dierū excōicationis lenitētā
ferat: & quoniā cōmuniter cōtingere
pot: q; aliquis ex cōsidentibus nō erūt
in sedibus debit⁹ collocati: eodē sacro
approbante cōcilio: decreū est: q; ex-
sessione huiusmodi nulli ecclesiæ: vel
plonæ: preuidicū generet. ¶ Alis cīā

modus celebrandi gñale cōciliū poni-
tur p sacrū cōciliū constantiē q̄ sequit̄.
¶ Primo in loco vbi tenebitur sessio
celebrabit missa solēnis d̄ spū lētō q;
cunq; tēpore p cardinalē vel alii pre-
latū ad hōe deputatū: qua missa durat̄
oēs prelati suis habitib⁹ consuetis
sint induiti: & sedeāt in loco dictæ ses-
sionis secundū suas dignitatēs & præ-
rogatiwas predicta aūi missa finita oēs
prelati in eadē sessione existentes indu-
ant se pluuialibus: Sc habeant mitras
albas: solo presidentc: vel celebrāte in
concilio excepto: qui habeat mitrā aut
phrigiatā & gematā aut alie notabilē
ornatā: qui quidē presidēs vel celebrās
associatus diacono ac alijs multis i ha-
bitibus ecclesiastis sedeat in cathedra
in medio choti: habēs dorsū ad altare
& vultū ad alios platos: platis igit sic
inductis & ornatis cātores cātant anti-
phonā: Exaudi nos dñe: qñ benigna
est misericordia tua: scdm multitudinē milera-
tionū tuarū respice nos dñe. ¶ Saluū
me fac dñe: qñ intrauerūt aq vlḡ ad
aīam meā. Gl̄ia p̄i & filio & spū lētō q;
antiphona cātata: diaconus clamat alta
voce. Orate: quo dicto oēs plati flectūt
genua & p aliquā inter vallū orant sub
silentio: secundum deuotiones suas: &
postq; in illa oratione p aliquod cōpe-
tens inter uallū steterint: idē archidiaco-
nus iterū clamat alta voce: erigite vos
tunc omnibus prelatis surgētibus: &
stantibus erectis: ipse presidens dicat
hanc orationem alta voce. Oremus.
Adsumus domine spiritu sancte: vt
supra in primo modo dictum est: pre-
dicta vero oratione finita. Ierum dia-
conus dicit alta voce. Orate pro me
quo dicto omnes: vt premissum est: fle-
xis genib⁹ orāt: & facto paruo inter-

vallo: diaconus dicit iterum alta voce.
 erig te vos: tūc oībus erectis, presidēs
 vel celebrās dicit iterū hāc orationem,
 Oremus. ¶ Mētibus nīris, q̄sumus dñē
 sp̄m sc̄t. n̄ benignus infunde: quatenus
 in nomine tuo collecti, sic in cunctis te-
 neamus cū moderamine pietatis iusti-
 tiā, vt hic a te in nullo dissētia volūtas
 nīra: sed semp rationabilia meditātes: q̄
 tibi sunt placita, ex equamur in facili, p
 dñm nīm. &c. Quib⁹ sic peractis, oēs
 flectat genua: & diaconus & subdiacono-
 nus vel alij duo deputati ante altare a-
 stātes incipiāt letanīā cātoribus & alijs
 respondētibus: & quādo veniūt ad il-
 lum locū, vt dñm apostolicū. &c. pre-
 sidens vel celebrans, qui cū alijs stabat
 genibus flexis, surgit, & vertit se ad cō-
 gregationē: & dans benedictionē can-
 iando dicit: vt hanc sanctā Sinodū, &
 oēs gradus ecclesiasticos bñdicere re-
 gere, & cōseruare digneris: cātoribus
 respondētibus, qualibet vice predicta,
 te rogamus audiri os. cōplcta vero le-
 tania presidēs vel celebrans dicit: Oremus,
 Quo dicto diaconus dicit hanc
 orationē: oremus. Da quesumus dñē
 clesiae tuæ, nīsericors D̄cus, vt sancto
 spū cōgregata hostili nullatenus incur-
 sione turbetur, per dominū. &c. His
 vero cōpleuis: diaconus habēs librum
 supra pulpiū inter altare & celebra-
 tē dispositū: accensis cercis: circa ipsi m
 pulpitū incipit euangeliū: quod ad le-
 gendū est sibi ordinatū: quo euāgelio
 perfecto: celebrās primo facit collatio-
 nem excitando oēs & singulos ad soli-
 tam meditationē: & curā & super om-
 nibus causis propter quas sancta Sino-
 dus est congregata; deinde flexis geni-
 bus: incipit alta voce Hymnum. Veni
 creator spū: quē hymnū cantant alter

natim existentes in sessione cū cantori-
 bus: quo hymno solemniter & deuote
 decantato: domini clericī induiti super
 pellicijs & astātes presidēti dicunt ver-
 siculum. Emitte spiritum tuum & crea-
 buntur: Responsorium. & renouabis
 faciem terræ. Postea celebrās dicit hāc
 orationem: Oremus. Deus: qui corda
 fidelī sancti spiritus illustratione do-
 cuisti: da nobis in eodem spiritu recta
 sapere: & de eius semper consolatione
 gaudere. per dominum nostrum. &c.
 Postmodū duo predicti clericī vel dia-
 conus & subdiaconus dicunt benedi-
 camus domino Responsorium. Deo gra-
 tias. his aut̄ omnibus complectis: idem
 presidens vel celebrans: & omnes alij
 prelati sedeant: et ponant mitras in ca-
 piibus suis: & tunc unus prelatus ad
 hoc deputatus legit decreta in illa ses-
 sione expedita: vel expediēda: & inco-
 dem ambone cum eodē prelato legen-
 te ipsa decreta erant presidentes natio-
 num tempore constantiens concilij:
 & respōdebat quilibet presidens pro
 natione sua placet: presidēs vero gene-
 ralis in dicta sessione respōdebit: etiam
 placet pro sacro concilio: & collegio
 generali: decretis vero perlectis: & res-
 ponso placet: & dicto te D̄ci: m lauda-
 mus: cum oratione de Spiritu Sancto
 Omnes depositis pluviisq; & mitris:
 sumunti habitus consuetos: & recedūt:
 unusquisq; ad suam habitationem vel
 hospitium.

¶ Caput quartum ad quem spectet
 conuocatio & congregatio generalis
 concilij.

¶ Visis ergo modis celebrandi & con-
 gregandi concilij generalis: & introi-
 tus & processus ciuius quomodo se ha-
 bere debet: in ipso concilio videndū

nunc est: ad quem pertineat congregatio et conuocatio generalis concilij: et dicendum est omnis ambagibus: et altercationibus: ad solum summum pontificem pertinere regulariter: ut in cap. primo: et in cap. regula. et cap. multis. xvij. distin. concilia vero aliter congregata non dicuntur concilia: sed concilia bula: neque debent habere aliquod robur firmatis: ut in d. cap. multis et cap. significasti de electi. cum concilia non congregentur nisi pro arduis causis generali statum ecclesiae tangentibus: quae determinari debent per solam sedem apostolicam: ut in d. cap. multis: et in c. maiores in prin. de baptis. & hoc idem dicit sanctus Thomas. 2. 2. q. 1. arti. si. in corpore questionis: & ad ipsum etiam pertinet noua editio simboli. & ad hoc ut aliquid dicatur generale concilium duo debent interuenire. Primum est, quod non aceris episcopis vel aceris prouincia cœlebretur: sed debet cœlebrari ab oibis episcopos orthodoxis: ut in d. c. regula. unde in concilio non requirunt de necessitate & ad esse concilij alii prelati inferiores. Secundum est quod interueniat auctoritas summi pontificis: potest tamen & si non personaliter veniat vel intersit concilio: interesse persuum legatum: vel nuncium: ut in cap. sexta sinodus. xij. dist. legatus etiam pape de eius mandato speciali potest congregare concilium generale: ut testet glo. in c. generalia concilia: & ibi dominus prepositus Alexan. xvij. distin. & in c. porro. 4. distin. & in ca. j. 4. 4. distin & in c. j. 4. q. 1. & in ca. conuenientibus. j. q. 7. & requiri ad hoc speciale mandatum: quia ea: quod mandatum speciale requirunt: non veniunt in mandato generali: ut in c. fi. de offi. vi. ca. lib. vj.

Casus in quibus concilium generalle sine auctoritate summi pontificis congregatur.

In aliquibus tamen casibus concilium generale potest congregari sine auctoritate summi pontificis: ut puta si immunitate periculo religionis christianæ pa- pa nollet congregare concilium: monendum est: ut faciat: quod si nollet: quod tamen credendum non est cum ei prius certe rishoc onus incumbat: & bonum ecclesiae zelare: tunc cardinales: qui sunt capitulū universalis ecclesiae: & totius orbis cardines: possunt concilium conuocare: & ubi congregatum fuerit rogare papam: ut intersit vel auctoritatē prestet: quod si nec vellit: neque venire vel auctoritatē impartire: tamen de heresi suspectum potest contra eum per concilium procedi: et si constiterit eum hereticum esse: deponi: ut in c. si papa. xl. distin. ita testet Prepositus Alexan. et cardinalis. in cap. generalia. xvij. distin. Sufficit ramenit supra dixi: quod papa per suos legatos interueniat in concilio: neque requiritur eius personalis presentia: ut in dicto cap. sexta sinodus et per totam distinctionem. xvij. et sic ex premissis patet: quod concilium generale constituitur ex summo pontifice vel eius vice tenenti et ex episcopis orthodoxis: qui ad definiendum ea: quae in concilio agenda et tractanda sunt: soli votum habent: ceteri vero: qui concilio ad sunt: tanquam consultores et conciliarij intersuunt: non tanquam definitores vel vocem habentes.

Item est & aliud casus in quo generale concilium potest sine auctoritate summi pontificis congregari: videlicet quoniam agitur contra eundem papam: quia est hereticus vel de heresi suspectus. tunc in

hoc casu imperator habet gñale conciliū conuocare, & cōgregare ad tra-
ctandum & cognoscendū de hac causa:
vt in.c.cōcilia. hinc etiā: & ibi Prepo-
situs Alexā. xvij. dis. & ratio videt in
hoc casu: quia papa existente heretico
non est vicarius xp̄i: nec caput ecclesiae
militantis: sed neq; mēbrum: & tunc
Imperator succedit in eius locum quo
ad hūc casum & tanq; caput reipubli-
cæ xpianæ: ad quem spectat de hac re
querere: pōt ipse gñale cōciliū cōgre-
gare. ¶ Est etiā & alius casus in q̄ gñal-
le conciliū pōt cōgregari sine summi
pontificis auctoritate: qñ duo vel plu-
res cōtendunt super pōtificatu vel pa-
patu: q̄a sunt electi in discordia, & neu-
ter est electus a duobus partibus cardi-
naliū: tunc em ad cognoscendū & tra-
ctandum quis eorū sit canonice electus,
& quis eorū habendus sit pro pontifi-
ce, collegiū cardinaliū debet conuoca-
re cōciliū gñale: ita tenet dñs Preposi-
tus in. dic. sinodū. xvij. distin. & in.ca.
si. duo. lxxix. dis. & in his duobus casi-
bus supra relatis conciliū gñale est su-
pra papā: & pōt eū iudicare: ita tenet
dñs Prepositus in.d.ca.concilia. hinc
etiam: & in cap. j.xv. distin. ¶ Est etiā
alius casus, quando videlicet papa est
notiorius criminosus, vel scandalosus
vniuersali ecclesiae. ¶ Itē qñ imminet
aliquid magnum periculum ecclesiae
vniuersali dei, sede apostolica, vacante
eui cōmode absq; congregatiōne gñal-
is conciliū prouideri nō possit secun-
dū dñm p̄positū in.d.c.sinodū. xvij.
dis. & in hic casib⁹ cardinales & prela-
tis ipsos cōgregare possunt secundū
eūdem Prepositum in.c. si forte. lxv.
distin. vnu tamen est: q̄a autoritas sum-
mi pontificis, quæ generaliter requiri

tur in congregatiōne generalis conci-
lij: sufficit interuenire per modum ap-
probatiōnis, vel cōsensus: quia omnia
nostra facimus, quibus auctoritatē
impartimur: vt in.l. 2. C. de ve. iure.
encl. ita prepositus in.d.ca.sinudum.
¶ Caput quintum quo tempore con-
cocilium generale sit celebrandum.
¶ Videndum preterea est, quo tēpo-
revel quando cōcilia generalia sint ce-
lebranda: & de cōcilijs prouincialibus
determinatum est: q̄ bis in anno sunt
cōgreganda: primum post tertiā heb-
domadā solē nitatis paschalis, ita
q̄ medio tempore inter pascha & pen-
thecostem compleat: secundum vero
in idibus mensis octobris: vt in ca. pro-
pter ecclesiasticas. xvij. dis. Sed de ge-
neralibus concilijs non repiritur iure
cautum: quo tempore sit celebrandum:
vel congregandū: ideo tēpus est arbi-
trariū, & relinquēdū est arbitrio sum-
mi pōtificis, arg. c. de causis de offi. de-
le. & l. s. ff. de iure deliber. verū est ta-
men: q̄ concilium basiliense in. xv. ses-
sione statuit: q̄ congregētur in media-
te post octauā dominicæ resurrectio-
nis: sed propter rationis similitudinem
inter prouinciale concilium & genera-
le videtur dicendum: q̄ cōgregari de-
beat eodem tempore quo prouincia-
lia concilia: vt supra dictum est: quia
propter confessionē & ieunium qua-
dragelimale præcedēs: & propter cō-
munionem mentes hominū sunt me-
lius dispositæ ad bene agēdum et ope-
randum: hoc tamen cum sit in potesta-
te summi pontificis relinquendum est
eius arbitrio & voluntati: vt supra
dixi.

¶ Caput sextum an congregatiōne gñal-
is cōciliū sit de iure positiuvel diuino

Sed circa predicta potest oriri dubium: an cōgregatio ḡnalis cōciliū sit d̄ iure diuino an tūm de iure positivo & pōtificis: & dicēdū est: quod est de mero iure positi uo licet n. t̄pē apostolorū varia legant̄ cōcilia cōgregata; ut supra dictū est: nō tū p̄pterea legitur quod cōciliū cōgregatio sit de iure diuino: quia nō oīa, q̄ ab apostolis tradita & obseruata legunt̄: ius diuinū cōstituit; ita tenet dominus prepositus in d. c. regula. xvij. distin.

Caput septimū quando discordant existētes in cōcilio cui parti standū est.

Sed dubitat vlt̄erius circa hāc materiā: vbi cōciliū ḡnale est legitime cōgregatū auctoritate sumi pōtificis: & non cōcordat oēs in diffinitiōibus & gerēdis in cōcilio: cui parti potius sit stādū: & an regratur cōsensus maioris: & sa- minoris partis: put̄ i. alij capitulis & cōgregatiōibus: & an maior pars debeat intelligi respectu oīm existētiū in cōcilio: vel scđm numerū nationū: & vox an cōpetat vni ex q̄libet natione: vel singulis cuiuslibet nationis: & dicēdū est: quod vbiautoritas papæ interuenit in cōcilio: tūc nō curatur: an dispositū a cōcilio sit ordinatū a maiore vel minori parte & cū quocūq; numero ep̄orum etiā minori Papæ aliqd discernit: illud d̄ tale cōciliū ḡnale vel vniuersale: potius respectu plenitudinis & vniuersalitatis potestatis Papæ: quod ex numero vocatorū vel cōgregatorū: & quicqd dis ponitur in cōcilio ascribitur Papæ: & auctoritas eius est: quae preualet: & si ne eius auctoritate non habet aliquod robur firmitatis: neq; valētab eo gesta: vt in s̄pē allegato. c. significasti: necq; meretur dici cōciliū: sed conciliabolū: vt in c. multis. xvij. dist. Sed vti cōciliū nō esset cōgregatū auctoritate Papæ:

vel in casibus de quibus de iure posset ut supra: tūc requiritur cōsensus maioris & sanioris p̄tis cōciliū: sicut in alijs actib; collegiat; vt in l. quod maior. f. ad municipa. & in c. i. de his. q. f. a maio. par. capi. & in c. eum oēs de consti.

Sed an ista maior pars cōciliū intelli- gatur habito respectu ad numerū oīm existētiū in cōcilio: an vero habito respectu ad numerū nationū Abb. in. ca. scriptū de electi. dicit debere attēdi numerū nationū: quasi vellit: quod vnaquæque natio habeat vñā vocē: & nō vna, quæq; p̄sona: sed dominus prepositus in c. i. xv. dis. penul. col. dubitat de hoc: nam cōciliū generalibus nō cōgregātur natiōes ex Christianis: tanq; diuer- sa corpora nationū: sed congregantur oēs quasi oues vnius pastoris Christi: apud quē nō est distinctio Greci. & Ia- tini. ideo dicit ipse debere attēdi maio- rē partē respectu iotius. singuli enim a pastore suo & patre familias vidētur in consideratione habēdi: sicut in simili dieunt legistæ in l. f. C. de impu. & alijs substi. p̄ tex. in l. Lutius. §. Titius testamento. f. de lega. secundo vbi dis- positio testatoris sub verbo familie vti detur singulariter singulos de familia contemplari: tamen pro facilitiori expedi- tione negotiorum gerendorū innocuit consuetudo: quod in conciliis distingātur per natiōes: & quælibet de principaliorib; natiōibus assumit tot: quæ gerenda de approbatione omnium in concilio expedient: & ita factum lego- tur in conciliis nouissimis, constantiensi, & basiliensi, & pisano, & alijs: si tamen esset consuetudo quod congre- gatio in conciliis cōputaretur per na- tiones: quod est facti, & in facto plus quam in iure consistit, hoc dato, &

vbi hoc esset certum: opinio Panor, es-
set vera: quia vbi cuncti diuersa capitu-
la concurrunt ad aliquem actum facie-
dum tanq; diuersa corpora: non est sa-
tis habere maiorem partem respectu
omnium cōgregatorum simul: sed re-
quiritur maior pars respectu cuiuscū:
que collegij: vt est iux. in. d. ca. scriptū.
facit glo. in cap. pastoralis de rescrip.
vbitenet idē dominus Antonius: idē
probat glo. in capitulo octauo ne sede.
vacan. lib. sexto & quod notant docto-
res in cap. postulasti de conce. preben.
Salicetus in. l. quoniam. C. de appe.

Caput octauū quā personæ debet
vocari ad concilium.

Vlterius pro expeditione huius ma-
teriæ queritur: quā personæ debet in-
teresse concilio generali: & dicendum,
q; primū debet adesse sumus pōtifex:
cū ipse presul cōcilio tanq; caput: & ab
eo habeat Robur & firmitatē, vt in ius-
ribus s̄epe allegatis. **I**te debet adesse
collegiū Cardinaliū: vt notat hostiēsis
in capitulo antiqua de priuille. proba-
tur etiam ratione: nā Cardinales con-
stituunt collegium Romani pōtificis:
vt notat glo. magna in capitulo primo
descrima. lib. sexto. & licet papa sit pri-
mum & supremum caput totius ecclie
sæ: alij autem fideles sunt eius mēbra
ramen est speciale caput cardinaliū: &
ipſi sunt eius specialia membra: & cen-
sentur pars corporis eius. arg. l. quisq;
ca. ad. l. Iuliam maius. Sicut ergo Papa
est in concilio tanquā caput, ita Cardi-
nales tanquā eius membra. arg. cap. fi.
de his quā. fi. a pre. sine cons. capit. &
sumi Cardines orbis. cap. sacro sancta.
xxij. dis. & ibi Archidiaconus & ha-
bent episcopalem iurisdictionem, vt
in cap. his quidem a maiis. & obedi. **I**te

eadem ratione debent adesse Abbates
habentes episcopalem iurisdictionem,
vt in cap. abbates de priuileg. lib. vj. &
in cle. d. i. rebus ecclesiæ, cū æquiparē-
tur episcopis ratiōe iurisdictionis: quā
habent: debent ad concilium vocari: &
idem episcopus electus nondum con-
firmatus vocabitur ad cōciliū: cū attē-
datur iurisdictionis episcopalis, & quo ad
illa est ep̄s. c. transmissam & c. sufragan.
de electi. & ibi abba. **I**te patriarchæ
tenantur venire ad concilium, vt in. c.
habeo librum. xvj. dis. in. c. conuenien-
tibus. j. q. vij. **I**te archiepiscopi vt in
. hinc etiam. xvij. dis. **I**tem ep̄i vt in
ca. ego. n. de iu. iur. &. xv. xvij. & xvij.
dis. per totum: si autem aliqui istorum
essent legitime impediti: ita q; nō pos-
sent ad concilium venire: tenentur mit-
tere suos procuratores: & tales debet
admitti ad actus concilij, vt in. c. fi. de
his quā. fi. a pre. sine. con. cap. possunt
etiam committere vices suas alteri pre-
lato vel existenti in cōcilio arg. c. quia
propter de electi. & c. penul. de electi.
li. vi. **Q**uid aut de regibus & princi-
pibus secularibus an debeat vocari ad
cōciliū tex. videt q; sic in. c. ad apposto-
lige de re. iudi. li. vij. vbi papa fuit polli-
citus se vocaturū ad cōciliū reges, plas-
tos, & principes tā ecclasticos q; se-
culares: ut p; se vel p; nūcios solēnes ue-
nirēt, & quantū ad impatorē tex. est in
ca. nūcāūt. xxij. dis. & i. c. adriano. lxiij.
dis. vbi dī q; Carolus rex frācorū con-
stituit sinodū cū papa Adriano ad idē
tex. in. c. nos. xcvj. dis. & in multis alijs
iuribus: & iuuat etiā rōe, nā cōciliū re-
p̄sentat totā vniuersalē ecclia, sed ecclia
est collectio omn̄m fidelium, vt in. c. ecclesia
de cōs. dist. i. ergo q; libet fidelis dī ad-
mitti: si hoc postulet: q; q; lati⁹ p; Præpo-
situm

Si tu in c. canones, xvi. dis. Sed hoc non est in distin^cte tenendū & affirmādum quod indifferenter omnes laici possint & debeant admitti ad concilium pro ut tēnent & firmant heretici lutherani qui dicunt quod cū laici sint de ecclesia & nō minus agatur de salute animarū ipso- rum quam clericorum quare in conciliis nō admittuntur ut vocem habeat sicut cæteri prelati & clericis sed dicen- dum est cōclusiue quod laici interesse pos- sunt conciliis & de Imperatore regi- bus & principibus christianis. Nō du- biū est ut supra dixi similit̄ etiā alii lai- ci inferiores qui sunt bonæ vitæ & fa- me & laudabilis opinioñis possum in- teresse non ut vocē habeant diffinitiū in cōciliis ut prelati ecclesiastici sed ut testes & defensores ut conciliarij & executores eorū quae in conciliis ordi- natūr & disponiuntur & probatur hoc multis auctoritatibus & rationibus.

Primo ex actib⁹ apostolorū. xvij. c. vbi statuerunt Apostoli ut ascende- rent Paulus & Barnabas & quidā alij ex alijs ad apostolos & presbiteros in Iherusalem super hac. q. &c. Ecce quod ascenderūt ad clerum non ad populū vellaicos. Neq; vlla fit laicorū mentio in eodem cōcilio. **I**tem actuum. iij. c. principes iussi interrogare dixerunt ut obsecundarēt verbo vestro ex pre- ceptiōe vestra interrogabimus eos nō per potestatē nostram potestas enim hæc est vestra. **I**tem basilius Impera- tor de laicis inquit quanq; nō sit datū istis secundū canonē dicēdi quicquam poenitus de ecclesiasticis causis opus enim hoc pōtificum est & sacerdotū; &c. **Z**omeñes etiam refert dū valē- tinianus Imperator per traciā ad Ro- manam pperaret tūc episcopi yllesponi

& bithinie legatū misserū hipatianū heracliae presulē quatenus dignaretur ad emēdationē dogmati sinteresse res pondit ipse mihi quidē cum sim mini- mus de populo fas nō est talia prescru- tari verum sacerdotes quibus hæccu- ra est apud semetiplos congregentur vbi cunq; voluerint. **I**te Ambrosius ad eundē valentinianum cōtra Auxē- tium s̄cripturarum seriē diuinarum vel veterum tēpora retractemus quis est qui abnuat in causa fidei episcopos solere de christiāis imperatoribus nō imperatores de episcopis iudicare.

Ite Martian⁹ imperator in calcedo- nē sī concilio ad sinodum dixit nos ad conseruandam fidē non ad potētiā ostēdēdam exēplo glorioſissimi prin- cipis constantini sinodo interesse volu- mus ut inuēta veritate non vltra mul- titudo prauis doctrinis atracta discor- det, & iterum sunt certa quædam ca- pitula quae honoris respectu vestræ re- seruamus sanctitati cōgruum rationi regulet a vobis ista sinodalidisponi cō- cilio potius q̄d nostris legalibus statui. **I**tem Basilius imperator in fine con- cilij octauij dicit de vobis autem laicis tam qui in dignitatibus q̄d qui absolu- te conuersamini quid amplius dicam nō habeo q̄d q̄d nullo modo vobis licet de ecclesiasticis causis sermonē moue- re neq; poenitus relistere integratā ec- clesiā & vniuersali sinodo aduersari hæc enim inuestigare & querere patri archarum atq; pontificum & sacerdo- tum est qui regiminis officium sortiti sunt qui sanctificandi qui soluendi & ligandi potestatem habet qui ecclesiasticas & celestes sortiti sunt claves non nostrū qui pasci debemus qui sanctifica- ri q̄d ligari vel aligamēto absolui ge- b

mus quantecūq; religionis & sapiātiae laicus existat vel etiā si vniuersa virtute interius poleat donec laicus est ouis vocari non desinit quā ergo ratio nobis est in ordine ouium constitutis pastores verborū subtilitatem disceptandi & ea quā super nos sunt querēdi & ambiendi habet, oportet nos cū timore & fide sincera hos audire & facies eorum vereri: cū sint ministri dñi omnipotens & huius formā possideant & nihil amplius quā ea quā nostri ordinis sunt requirere; &c. ¶ Huic etiā populus remittebatur a Christo: Ad faciendū nō ea quā principes & reges tetharche: aut nobiles dicerent; Sed q̄ scribe & pharisæi sedētes super cathedrā moysi dixerint vobis facite & seruate. ¶ Sed in niceno concilio memorabile factum Imperatoris magni Constantini nō est reticendū etenim cū ex omnibus pœne locis episcopi cōuenissent & vt fieri solet diuersis ex causis inter se quādā iurgia detulissent interpellabatur frequēter: a singulis offere. bātur libellis culpæ pferebātur & magis ad hāc q̄ ad id pro quo fuerāt cōgregati Animos dabāt at ille magnus Imperator vidēs q̄ per huiusmodi iuria causa summi negocij frustraretur diem certū statuit quo vnuſquisq; episcoporū si quid querimoniā habere videretur differret cūq; residisset fuscepit a singulis libellos. Quos simul omnes in sinu suo continēs neq; quod in eis cōtineretur. Aperies: Ait ad epis̄cos. Deus inquit constituit vos sacerdotes & potestate vobis dedit de nobis iudicandi & ideo nos a vobis recte iudicamur vos autē nō potestis ab hominibus iudicari propter quod dei ius n̄ inter vos expectate iudicium ut &

poſſet aſſignari: quoniā vt inq̄t Gregorius. li. xxv. moraliū, p̄ qualitatib⁹ ſubditorū diſponūtur aēta regētū vt ſa- pe p̄ malo gregis etiā boni viri delin- quūt & quia ſecundū merita plebium diſponuntur corda regentiū vnde idē Gregorius in. c. ex merito. i. q. i. ait ex merito plebis nō nunq̄ epi deprabā- tur & ſecundū merita aut de merita po- pulorū diſponit aiusto iudice vita pre- latorū vnde in vltionē peccatorū po- puli deus quādoq̄ permittit regnare malos Scdm illud Iob. xxxiiij. c. qui re- gnare ſacit hominē hypocritā ppter peccata populi & Oleæ. xiij. dabo vo- bis regē in furore meo, idem Iherony- mus & habetur in. c. audacter. viij. q. i. Merito ergo tollerādus eſſet tūc quia forte tale malū in capite ecclia meri- tis ſubditorū eueniret, tū q̄a dicit Au- gustinus nō eſt magnū tollerare eū q̄ a dño tolleraſ, ex huiusmodi tollerentia imminere periculū totius ecclia vni- uersalis ſicut aduersarij arguūt q̄a non eſt veriſſimile q̄ obiurpē vitā vel mo- res vnius ſummi p̄tificis ipſa vniuer- ſalis ecclia: Cū qua xps pollicitus eſt eſſe vſq̄ ad cōſummationem ſeculide- beat omnino perire. Ad decimū ar- gumētū ſecū de partis dicēdum, q̄ de- cretū preditū non loq̄tur, generaliter, de qualibet ſinodo ſed limitatiue de ip- ſa ſinodo cōſtantieſi. Quod patet per illa verba q̄ ipſa in ſpū ſancto legitime con- congregata & ſic de ſinodo qua tunc erat cōſtantiae congregata quo tem- pore non erat in ecclia vnuſ papa in- dubitatus ſed tres quorum quilibet p̄- tendebat ſe Papam nec dicit illud de- cretum q̄ concilium habeat plenitudi- nem potestatis ſupra papā: ſed contra eū qui papali dignitate tūc ſe pretēde-

ad. io. are-
mētum.

bat exēptū & in illis tribus casibus dicit q̄ quilibet tenetur cōcilio obedire nec est absonū stante periculo vniuersalitatis ecclesiæ vel fideicū indubio presumatur, pro concilio. c. arresta. xxiiij. q. 1. q. in illis casibus etiā papa obedire tenetur cōcilio. Quādo nō est certum quis sit papa vt ibi & dum in sequenti decreto dicitur, q̄ qui cūq̄ impremissis nō obedire p̄sumperit nisi resipuerit cōdigne penitētiae subiiciatur quatenus illa verba referantur, ad papā intelligi debet in foro poenitētialicui etiā ip̄e papa subiicitur. c. sane deo fios de lega. iūta glosa. l. est receptum. ff. de iurisdi. omni. iudi. & dū subiicitur, & debite puniat intelligi debet in alijs quā in papā necp̄ est absurdum q̄ determinatio legis respiciēs diuersas personas diuersi modi capiantur, p̄ vt ipsis personis conuenit ita est glosa in. l. ij. ff. de offici. pro con. & glosa. in capitulo statutum in principio de rescriptis. li. vi. & in. c. ij. de electio eode libro & patet ex eodem decreto si enim intellexisset in distincōte etiam papam subiici penæ fori contētiosi non erat necesse q̄ dicere, tur cōdigne penitētiae subiiciatur quia dicēdo debite puniatur satis cōprehen debat vtrumq̄ forum vt habetur in. c. at si clerici. s. de adulterijs, de iudi. c. de is de accu. ideo quia superius dictū erat de omni genere personarū etiam papam volens decretum respicere impena quatenus poterat respectu pape qui non comprehendebatur respectu penefori contētiosi dixit condigne penitētiae, subiiciatur. Respectu aliorū dixit debite puniatur: & quia posset dari nimia resistētia etiam pape ideo cū de pena fori cōtētiosi non esset prouisum contra eum addit etiā ad alia iuris sub-

fidia si opus fuerit recurrēdo & dum subiicit pertinaciter, aut &c. fatēdum est: Q uod in casu illius cōciliij pro vt si gnāter ille textus dicit preceptis huius sacre Sinodi in tribus casibus de qbus ibi imminēti periculo fidei & ecclesiæ cum non appareret vnuis papa indubitate hereticus est censendus qui pertinaciter resistit de terminationi cōciliij, non per hoc sequitur, q̄ concilium indubitam supra papam potestatē habeat: Ita poti⁹ illa duo decreta ita limitate loquendo contrarium probant. c. nōne de presumpcio cum alijs. ¶ Preterea vt patet ex gestis illi⁹ cōciliij & refert domi Cardinalis sancti Sixti intra statu de potestate ecclīæ li. 2. sola obediētia Iohānis. xxiiij. edidit illa decreta nec fuerunt recepta a prelatis obediētie Gregorij & bñdicti necq̄ approbata a martino postea concorditer electo in papā immo poti⁹ impugnata vt patet in bula martini reprobationis errorū Iohānis luis inter quos errores sponte hunc esse dānatū videlicet q̄ Petrus nō fuerit necq̄ sit caput ecclesiæ sanctæ catholicæ: Itē secūdum articulū q̄ papa canonicae electus eius nomine p̄ prio & expresso nō sit successor beati Petri & nō habeat autoritatem supremam in ecclesia dei & in ista impugnatione satis tacite apparet q̄ nō approbavit decreta predicta ita generaliter, q̄ autē adducitur de concilio vasiliensi paruipēdendum est tunc quia factum post dissolutionē conciliij & translatiō nem illius facta ab eugenio tū quia nō approbata ab ipso eugenio. ¶ Ad vñ decimū fundamentū dicēdum q̄ dum 11. argm̄ dicitur q̄ Petrus nō accepit claves super vniuersalem ecclesiā sed supra singularia mēbra hoc est falsum vt patet in so-

25

Et de eius auctoritate & potestate.

Fo. xlix.

bit insolucione argumēti infra decimi
tertij: & dum dicitur de capite langui-
do in corpore q̄ curatur per membra
respōdeo ut dicitur, in solutione argu-
mēti vigesimi vbi etiam tolletur, q̄ di-
citur, de papa furioso vel soluitur pro
ut latius dicitur: in solutiōe noni argu-
mēti vel aliter: licet papa efficiatur ma-
lus non est verissimile q̄ deus patiatur
totam ecclesiam corrūpi de qua dixit,
& portat inferi non preualebit aduer-
sus eam in qua pollicitus est se semp̄ fu-
turum vsc̄ ad consummationem secu-
li Mathæi vltimo. ¶ Ad duodecimū
funda dicendum q̄ istud argumētum
multa complectitur: primum dum di-
citur: q̄ esset duo capita vnius corpo-
ris mystici, i.ecclesiæ vniuersalis, scilicet
Christus & papa q̄ esset absurdū res-
pōdeur ad hoc: q̄ papa est caput ecclæ
vt vicarius Christi & sic, p vno tan-
tum capite reputantur. c. ii. de consue-
tudine, li. vi. c. precipimus. xcij. distin.
& dum dicitur: esse ministeriale caput
& sic minister ergo nō est supra ecclæ-
siā respōdetur: q̄ nō est simpliciter:
minister sed cum potestate vicarius
Christi ergo vt illam potestatem Chri-
sti obtinet & illum representās est mas-
ior neq̄ in inferiorib⁹ prelatis vicari⁹
ordinari⁹ dicit, minister nud⁹ illi⁹ sed
ead fungit⁹ potestate sicut ille cuius est
vicarius & habet iurisdictionē ordina-
riam. c. non putamus, de consue. li. vi.
habetur in. c. i. de offi. vica. eodē libro
& in cle. 2. de rescriptis & in. c. per le-
ctis. xxv. distin. ad rationem vero quæ
summitur ex. c. quāuis respōdetur: pri-
mo negando consequentiā quia arguit
ab auctoritate negative & talis argu-
mētatio nulla est præterea si ibi nō ha-
betur; tamen in multis alijs locis habe-

tur vt dictum est supra in fundamētis
primæ partis: scđo respondetur quod
papa pellagi⁹ recte loquitur sed nihil
in fauorem aduersariorū q̄ patet quia
cum nihil sit maius aut superius seipso
oportet q̄ inter prelatū & subditū
sit distinctio: Cum ergo romanā ecclæ
siam ponamus prelatam vt indicto. c.
quamuis; necesse est vt intelligamus vt
respectu cæterarū omniū eccliarum
quæ ab ea distinguntur: nō autē est di-
cendū quod vniuersæ ecclæ est pre-
lata: pro vt vniuersalis ecclæ etiam in-
cludit romanā & alias ecclias: Quia
tunc sui ipsius diceretur prelata sed nō
per hoc sequitur: quod beatus petrus
qui prelatus est etiā ecclæ Romanæ
nō etiā sit prelatus ecclæ vniuersalis;
Cū sit vicarius Christi qui est eius ca-
put solidum & fundamētum q̄ ex om-
nibus particularib⁹ ecclias cōsurgit:
ad aliam vero rationē dum dicitur ca-
pitis non est caput: sed Petri est caput
Christus: ergo petrus nō est caput: reſ-
pōdetur quod licet hoc sit verū de cor-
pore naturali hominis quia tale nō est
pars alterius non tamē est verū de cor-
pore mystico per similitudinē dicto q̄
pōt habere plura capita sub ordinata
scilicet vnum principale & aliū secun-
darium principali sub ordinatū sicut
in vno ciuitatis corpore est caput Re-
ctor eiusdem & cum eo etiam Rex qui
est caput totius regni. Secundo potest
responderi q̄ propriæ loquendo non
ponuntur duo capita distincta quoniam
papa nō est omnino aliud caput distin-
ctū a capite q̄ est Christus: sed eius vi-
carius & vices eius & personam, & au-
ctoritatē & potestatē representās in
territorīs: & eius iudicium Dei iudicū re-
putatur; & eius sententia & consistoriū

d

deicensorū & ideo non sunt prie
duo capita: sed vñū: vt declarat Bonifa-
cius papa. viij. in extrauaganti vñā san-
ctam: qm ad vnum propter alterū, &
utrobicqz vnum tantum rationem qua
dicitur, q papa non est perfectior vni-
uersali ecclesia respondet negādo to-
tā illam propositionē dicimus enim
q papa est constitutus princeps super
tam ecclesiam secundum q dictum est
à domino beato Petro sup plebē mā
principē cōstitui: perfectior est enim
tota ecclesia perfectiōe potestatis & au-
toritatis superioritate dignior & su-
perior est toto residuo corpore ecclē-
siae licet in cōparatione ad alia bona spi-
ritualia: quorum cū maior copia inue-
niatur: in vniuersitate ecclesiae: quā in
vno solo prelato nō est dubiū quin ec-
clesia vniuersalis perfectior ac dignior
est plenitudine bonorum spiritualium
papa quantuncunqz sancto: potest etiā
intelligi quantum ad perfectiōrem in-
teriorē quæ attenditur: penes charita-
tē quæ ab apostolo dicitur vinculum
perfectiōnis. isto modo pfectiōis vna
vetula poterit dici pfectior papa si ma-
iorem habeat charitatem & perfectio-
rem & cum sit papa etiam director ec-
clesiae cum sit pastor & princeps illius
& hoc siue sit dispersa siue collecta: col-
lectio enim omnium ad vnum nihil au-
toritatis minuit à pastore & prīcipe:
& ppter ea. c. vbi periculū de electio.
li. vi. & ea non quifactus est in cōcilio
Lugdunēsi nominat papam vicarium
Iesu christi: successorē petri: & rectore
vniuersali ecclesiae, gregis dominici di-
rectore vniuersali ecclesiae. Itē Leo pa-
pa in quadam epistola ad palestinos in
prīcipio sic dicit: Sollicitudini mee quā
vniuersali ecclēsiae oibusqz eius filijs de-

beo: &c. ecce q nō solū filiorū, sed vni-
uersalis ecclesiæ dicit se curā regiminis
habere. Ad capitulū, cū nō decet. ii. di-
stin. Cū dī: papā non caput vniuersalis
ecclesiæ cuius ipse cīst mēbrū: sed singu-
lariū ecclēsiarū, ex eo q potestatē ab eo
recipiūt: respōdet negādo assūptū: di-
cim⁹ enim q est caput vniuersalise ecclē-
siae collectiue: cū sit director ipsi⁹ sicut
princeps populis sui: & ad probationē
cū cōtrarij dicūt q papa non est caput
vniuersalis ecclesiae collectiue quia p sa-
cramēta nō influit toti ecclēsiae collecti-
ue qā sic non habet animā neqz indiget
sacramētis; licet mēbra indigeāt. videt
dīo cardinali q hāc pbatio implicet
tria q̄ sibi vidētur erronea saluosemp̄ tria erro-
meliore iudicio. ¶ Primū est q̄ dīciū nca.
est ecclēsia vniuersalis collectiue sūpta primū
cuius caput xp̄m & non papam dicūt neum.
sit res nō habēs animā seu res inanima-
ta. ¶ Scdm̄ est q̄ ipsa ecclēsia vniuersa. Scdm̄ in-
lis nō indiget sacramētis licet membra roneum
cuius indigeāt. ¶ Tertiū est q̄ ipsa vni-
uersalis ecclēsia sī aliud q̄ ipsa eius mē neum.
bra indigētia sacramētis. ¶ Cōtra pri-
mū errorē est q̄ corp⁹ xp̄i mysticū: q̄
est ipsa vniuersalis ecclēsia militā: non
pōt esse nisi vñū quorū odo em̄ caput
eius xp̄s pōt influere sensum & motū
spūalē in corpus nō habēs animā neqz
sp̄m cū solus sp̄us suscep̄tibus sit huius
modi influētie q̄ modo etiā ecclēsia vni-
uersalis dī sītā si nō haberet aīam quo-
modo etiā vniuersalis ecclēsia collecti-
ue sumpta pōt dici sp̄sa xp̄i si non ha-
bet animā q̄ modo inter xp̄m & ecclē-
siae vniuersalē pōt esse matrimonium si
vniuersali ecclēsia animā non haberet
& p̄ cōsequēs neqz fidē neqz charitatē
qbus vñiaſ i pōlo suo: q̄ modo etiā ha-
beret claves & potestatē directiuā om-

36

Et de eius auctoritate & potestate.

Fo.li.

niū ut aduersarij dicūt si nō habet ani-
mā, quomodo Christus mortuus est
pro ecclesia vniuersali: si illa caret ani-
ma & sensu, quomodo vniuersalis ec-
clesia militans coniungēda est in gloria
cum ecclesia trium phāti: si animā non
haberet & per consequēs non esset ca-
pax gloriæ: est enim ipsa multitudo fi-
deliū vniuersalis ecclia vt dictū est i pri-
mo fundamēto & ipsæ animæ fidelium
sunt anima vniuersalis ecclesiae sicut di-
cimus: Christus redemit sanguine suo
ecclesiā fidelium, i. animas fidelium ecclie
siae Hinc beat⁹ Augustinus in quodā
sermone de yḡnibus dicit: sic habet er-
go hic sp̄s lam suā quā redemit sanguine
suo & cui pignus dedit sp̄m suū:
eruit cā de mācipatu diaboli: mortuus
est propter delicta eius, surrexit ppter
iustificationē ei⁹: ita papa dicitur habe-
re potestatem nedū super singulas ani-
mas ecclesiæ quæ, vi singulares nō sūt
vniuersitas: sed etiam supra vniuersas
quæ collectiue ex pīedo redūt vñā vni-
uersitatē & vñū corpus ipsius sanctæ
ecclesiæ: nec dicetur per hoc non habe-
re potestatē vniuersalē quia sacramen-
ta veniunt distribuenda in singulōs: nā
etiam in tēporalibus: in ulta respiciunt
vniuersitatē: quorum tamē vtilitas ve-
nit in singulos impariēda vt habetur,
in.c.in sup de test. & in.l.in tātū. §.vni-
vniuersitatis ff. de rerum diui. & illa di-
cuntur, vniuersitati cōcessa; simile etiā
dicimus in cēsura: ponamus quōd tota
vniuersitas deliquit vel aliquid imple-
re habet: quōd tamē singulorū mini-
sterio impleri mādatur, subcēsuris vt
im p̄eātur dicta censuræ cum nō pos-
sint verificari in vniuersitatē certe ve-
rificabuntur & distribuētur in singu-
los non obedientes; ita tenent comiu-

niter doctores in.c. romania. §. in vni-
uersitatē de senten. ex commu.li.vi. &
in.c. pro illorum de prebendis: proba-
tur optime in dicto . . §. in vniuersitatē
dum dicit p̄cēnitus phibemus & sic de
nouo ex preuilegio vniuersitatis vt fa-
ctentur ibi cōmuuiter doctores: indu-
citur: vt vniuersitas non excōmunice-
tur: ergo ante illum textū poterat vni-
uersitas excommunicari, & verificaba-
tur distributio in singulos de vniuer-
sitate: quōd demonstrat clarius ille tex-
tus in ratione ibi dū dicit: cū nō nunc p̄
continguat innoxios huiusmodi sente-
tia irretiri & sic non procedit: dum ar-
guētes in contrariū iactat̄ voces: quōd
infructuosa esset hāc potestas & supe-
rioritas papæ super vniuersalem ecclie-
siā: operari etiā potest super vniuer-
salē eccliam hāc cēsura & illam liga-
ret in vniuerso: puta statuendo: dādo
articulos fidei: quos etiā vniuersalis ec-
clesia debet in vniuerso suscipere & pa-
fiteri. c.i. &.ij. de sūma trinitate & fide
catho. & eodē titulo. li.vi. & in.cl.i.eo.
titulo & p̄cepta etiā ligauit & soluit
& vbi effectus nō erit proportionabi-
lis i vniuersos: porrigit ad singulos
de ipsa vniuersali ecclia: vt patet per
predicta. ¶ Contra secundum errorē
est apostolus ad Ephesios. v.c. dicens:
Christus dilexit eccliam: & tradidit se
metipsum pro ea: vt illam sanctificaret
mundans eām lauacro aquæ in verbo
vitæ glo. i. quo datur vita quo accedē-
te ad elementum fit sacramētum sequi-
tur vt exhiberet sibi glo. i. in futurum
gloriosam eccliam non habentē ma-
culam neq; rugā aut aliquid huiusmo-
di: quod verbum sanctus Augustinus
tractans in libro retractationū de mo-
ribus eccliae dicit sic sic accipiēdū est

d ij

¶ ait apostolus Christus dilexit ecclesiam: &c. hoc est enim lauacrum aquæ in verbo quo mūda ecclia, sed cū tota dicat qđ diu hic est: dimitte nobis debita nostra: non utic⁹ hic est sine macula & ruga vel aliquo huiusmodi. ¶ Cōtra tertium errorē videtur esse illud qđ glosa habet super illud ps. cxxvij. vxor tua sicut vītis habūdans in circuitu mē s̄e tuæ: &c. vbi glosa exponēs illud vt sit sermo ad Christum caput: dicit sic vxor episcopie st̄ ecclesia: & exponens sequens verbū filij tui: &c. dicit sic idē sunt filij episcopi qui & vxor, &c. ecclesia: ipsa enim est coniunx Christi; ipsa & filij. Item idem notatur: Lucæ, x. c. vbi dicit fidelisseru⁹ & prudēs, quē cōstituit dominus super familiam suā, id est, ecclesiā vt det illis in tempore triticimēnsuram ecce dicit, idem dicit ecclesiā & illos quibus ministrandū erat triticum, idē beatus Bernardus in sermone de nuptijs vbi aq̄ in vinū est mutata: ita ait spōsa Christi ipsi nos ipsi sumus; & omnes simul vna spōsa, & animæ singulorum quasi singulæ spōsæ est ergo corp⁹ ecclesiæ Christi fideles: ipsa membrā eius, & his fundamentis repelluntur omnes cauillationes: quas fecit panormitan⁹, ad multa iura ī hoc fundamento adducta. s. ad. c. Petrus & c. puto &c. bī. ij. q. vij. c. a recta. xxiiij. q. i. &c. cum beatissimus cum alijs al. legatis. ¶ Ad decimum tertium fundatum dicendū qđ papalicet sicut alijs nō sit in peccato permittendus: sed sit monendum & cōtra eum sunt multa reuendia si sal in satuatū fiat vel in arcum cōuersum cōuertratur de quibus: &c. nō tamē per hoc sequitur: qđ possit iudicari à concilio, vel qđ concilium sit supra eum: quia nō habet superiorē & a ne-

mine iudicatur. c. nemo & c. aliorum 1. q. 3. c. si papa. xl. dist. cum alijs. ¶ Ad ad. i4. & decimum quartum & decimum sextū xvi. arg. argumentum dicendum: qđ permissio nem illam Christus non dicitur preuidicasse primatui p̄missio Petro & postea ei dato; sed illa concessio facta apostolis intelligitur: iusta proportiones suas & saluo primatu Petri vt declaratur: supra in. 4. & 5. fundamētis & dū dicitur, dc. c. loquitur: soluitur infra in argumento. xxiiij. ¶ Ad argumentum ad. i5. ar. decimum sextum dicendum est: vt supra in solutione argumenti precedens. ¶ Ad decimum quintum argumentum: qđ non loquitur ibi de auctoritate potestatis, aut iurisdictiōis orbis respectu ecclesiæ romanæ siue sedis apostolicæ: sed loquiur de auctoritate consuetudinis quæ tanto maioris auctoritatis esse dicitur: quanto generalior est siue à pluribus obseruata sicut de canonis scripturis loquitur Augustinus, & habetur in. c. in canonicis. xix. disti. secundum quam regulam: non est datum: quin cōsuetudo orbis: sit maior consuetudine vrbis quā nec apostolica sedes seruat: nec seruari mandauit, & sic non habet speciale adminiculum auctoritatis papæ: tunc enim esset vt canon & ab omnibus obseruari debet. c. i. de consti. quod vero Hieronymus dicit contra consuetudinem quæ in vrbe Romana vigebat nō dicit de consuetudinis auctoritate orbis respectu sedis apostolicæ: sed de auctoritate consuetudinis orbis respectu vrbis: qđ patet ex multis: primo ex intentione ipsa loquentis: loquitur enim Hieronymus contra consuetudinem quæ in vrbe Romana regnabat: qđ quidam diaconi preferebātur presbiteris: ex qua

cōsuetudine aliqui diaconi per orbem sumebant occasionē praeferēdī se presbiteris suis: cum tamē contraria cōsuetudo esset per orbem: secundo hoc idē colligitur ex glosa dicti. c. legim⁹ quæ sic ait: maior est ideo magis sequēda cōsuetudo generalis: tertio idē potest coligi. ex. c. hæc est fides. xxiiij. q. i. quod ad. 17. ar. etiam est eiusdem Hieronymi: **¶** Ad decimum septimum argumentum dicendum: q̄ ea quæ per humilitatem fecit beatus Petrus: nō debent successoribus suis imponere necessitatem. c. petrus &. c. nos in quēquam &. c. si quis 2. q. viij. cum similibus: & dicitur infra in solutione decimi noni argumēti: vel aliter potest dici: q̄ potest as clauī fuit data post Petrum omnibus apostolis per illa verba: quorum remiseritis peccata: &c. sed p̄etro tāquā capiti, & principi, alijs vero apostolis: tanq̄ mēbris ut supra latius dictum est: in solutione sexti argumenti. **¶** Ad decimum octauum argumētum dicendū: q̄ non est verum q̄ concilium iudicet papam in aliqua: & cap. si papa loquitur: quādō papa est hereticus tūc desinit esse papa & potest iudicaria cōcilio. c. si duo. loquitur: quando non est aliquis certus papa: ad reliqua dicēdū: ut supra in solutionib⁹. viij. &. ix. argumēti. **¶** Ad decimū nonum argumentū dicēdū: q̄ ibi intelligitur p̄ concilia: omnia illa faciunt: de quibus in argomento una cum papa, vel eo auctorizante, & mandante tanquam capite: vel pontificatu vacante quo casu concilium succedit in supremam iurisdictionem. Sed eo inuito non posset concilium predicta facere: quia esset eius iurisdictionem ad. 20. ar. usurpare. **¶** Ad vigesimum fundamētum dicendum: q̄ illud intelligitur pe-

tro ordināte vel disponente cum eis. c: porro. lxvi. distin. vel ex potestate diri uata a petro. **¶** Ad vigesimum primū dicendum: vt dicitur: infra insolutione ad. 21. ar. argumenti vigesimi secundi. **¶** Ad vigesimum secundum argumentum dicendum: scilicet de capite languido cu rando: licet satis sit dictum, & responsum in solutione noni argumēti: tamen pro maiori declaratiōe: aliqua etiā hic dicenda sunt: ad vertendum est: q̄ non inficiamur papā tanq̄ languidum cu rādum esse in onitionibus, & remedij de quibus in dicta solutione: argumēti noni: cū tamen ab eo inferiores omnes prelati dependeant: non est precindendus: sicut in capite corporis naturalis: quia ab illo pēdet sensus motus & virtus corporis sine quo corp⁹ viuere nō pōt, hinc est: q̄ christus M̄athai. xvij. inter membra: ratione scandali: abscindenda, non nominat caput: sed mēbra cum quorum abscissionē, stat, vita, sensus & mot⁹ corporis: a papa aut: vt habetur: in. c. si papa. lx. dist. Post deum salus vniuersitatis fidelium specialiter pendet: tū secundo ratio non videtur: ad propositum: quia quantūcunq; pa pa efficiatur mēbrum putridū suis mālis moribus non tamē pōt totū corpus inficere: non permittēte hoc spiritu sancto: quo corpus ecclesiae viuit: & vegetatur: a quo salus eius principaliter de pēdet: Maxime cum xp̄s sit pollicitus semper cum corpore ecclesiae sive manere vñq; ad cūlummationē seculi: Ma thae ivlmo. c. Itē ratio predicta nō p̄cedit: quia d̄ si huiusmodi mēbri abscondēt alij de ecclesia, velecclelia non cōmiserit: sibi tamē reseruauit secūdū illud: Sinachi papæ in. c. aliorū. ix. q. 3. dicentis: aliorū hominum causas deus d iij.

voluit q̄ homines terminari; sed sedis
 istius presulē suo sine quæstione reser-
 uabit arbitrio: stultū autē esset cogita-
 re; q̄ minus sit prouisum corpori ecclæ
 siæ sic per hoc q̄ xps vicarij sui causas
 suo referuabit iudicio: c̄z si aliorū iudi-
 cio voluisset terminari: necq; etiā mirā-
 dum est: si aliqua in hac vita remanent
 impunita; & iustitia aliquando exulet;
 quia multa diuino reseruatur examini:
 quæ in hoc seculo remanēt impunita:
 vt in c. li ostendatur. vi. q. 1. ideo dico sol-
 uendo argumentū: q̄ Christus institu-
 endo: q̄ papa eius vicari⁹ generalis: ex-
 tra casum hæresis: propter alia quæcū
 q; peccata: propter quæ nō cadit a pa-
 patu: & vicariatu nō possit corregi ab
 alijs quā ab eo ordinatissime fecit: quia
 sic relucet in ordine ecclesiæ: ordo diui-
 ne prouidētiaæ quæ habet: q̄ in ordina-
 tis ad ipsum prima agūt in posteriora
 regendo, monēdo, corrigeđo, & non
 econuerso: vnde cū romanus pōfex:
 sit prim⁹: & sup̄mūstoto in ordine ec-
 clesiæ: secūdū debitū ordinē ipsius: ita
 debet instituīt ipse alios corrigere: &
 ipse à solo deo: esset corrigeđus: vnde
 glo. super illud Psalmi. Tibi soli pecca-
 ui, inquit, quia Rex est omnibus supe-
 riori: ideo a deo tantū qui maior est eo
 puniēđus est: & ad probationē respon-
 detur: q̄ nulla est: tum quia aliud est in
 casu hæresis: q; in alijs peccatis: vt supe-
 riūs dicitū est: tū quia aliud est resistere
 volenti destruere cōmunitatē: & aliud
 est volēti de moliri: aut aliud iniustū at-
 tērare punire: primū pōt cōuenire infe-
 riorib⁹: scđm nō: tū etiā q̄a vt in prima
 respōsio dicitū est: casus ille nō est pos-
 sibilis de cōmunitate ecclesiæ: sicut de
 alijs cōnunitatibus pollicēte xpo, Ma-
 thari. xvi. q̄ aduersus ecclesiā porta in

feri: non præualebūt aduersus eā: pre-
 terea ratio illa. Q̄od deuiādū est ma-
 malo cōmittendo: nihil facit ad propo-
 situm: aliud enim est impedire hominē
 volentē: alterū iniuste interficere: aut
 tenendo eū aut remouēdo sibi gladiū
 de manibus, vel aliquid huiusmodi: &
 aliud est, esse superiorem iudicē illius;
 & posse procedere contra illum via iu-
 ris: & iustitiae ad illum puniendū: vnde
 si argumentū illud procederet omnes
 homines possent suos quoscunq; supe-
 riores quando male agerent iudicare;
 & punire: etiā laiciclericos: vnde ista ar-
 gumenta fuerunt bohemiorū ad pro-
 bandū: q̄ corū cōmunitas dissolutum
 clerum corrigerem posset. Ad vige ad. 23. ar.
 simū tertij argumentum, dicēdum est
 quod dicit beat⁹ Paulus: ad Galathas
 2, nominauit Iacobū: priusquā Petru⁹;
 non tamen eo pretextu: q̄ Iacobus ma-
 ior esset Petro, aut equalis fuerit aucto-
 ritatis: sed vt dicit sanctus Thomas su-
 per epistola, ad Galathas: ideo pri⁹ no-
 minauit Iacobū q̄ Petru⁹: quia ille erat
 suscipiēs in domū: Quia episcop⁹ erat
 Hierosolimitanus: vbi hæc fiebant: &
 ita dicit dominus Petrus de Tarātasia
 super epistolas Pauli: & null⁹ aposto-
 lorū nomē hoc par firmatis: & fūda-
 n̄ ētisortit⁹ est à dño: nisi ipse petr⁹: &
 ipse fuit primū fundamētū: q̄a primus
 incarnati filij ministeriū plena voce cō-
 fessus est: apostoli alij p̄dicatione: vita:
 & miraculis vna cū Petre secundariū
 fuerūt fundamentū: ex quo videtur: q̄
 licet alijs apostoliscōmune fuerit cum
 primū fundamentū esse ecclesiæ: vt ap-
 te habeat: ad Ephesios. 3. & Apocalip.
 xi. nihilominus: post xpm Petr⁹ prin-
 cipale fundamentū fuit totius ecclesiæ:
 vnde de beato Dionysio teste Paulo

fertur petro prope morte dixisse: pax
 tecum fundamenū ecclesiarū: pastor ouīū
 xpī: vnde etiam Leo papa in sermone
 trigesimo suæ cōsecurationis, dicit q̄ in
 Petro omniū fortitudo inuitur: & di-
 uinae gratiae: ita ordinatur auxiliū: vt
 firmatas quae p̄ xp̄m petro attribuitur
 apostolis cōferatur: & ad probationē
 quae inducitur ex auctoritate Mathæi
 xviiij. & Ioannis vltimo respondetur:
 q̄ cx illis auctoritatib⁹ nihil probatur:
 nisi q̄ potestas clauīū, sit data omnib⁹
 apostolis: non tamen habetur q̄ equa
 liter sit data omnib⁹, & licet: vt inquit
 apostolus ad Roma. xiiij. c. non sit po-
 testas nisi a deo: non tamen sequitur q̄
 omnibus in rebus potestatē habētibus
 potestas equalis sit data: & ita in pro-
 posito: licet enim oībus apostolis po-
 testas clauīū data sit: nihilominus tam en
 petro: qui caput & princeps aliorū or-
 dinabatur plenius data est: sicut ex glo-
 sa Mathæi. xvi. supra inducta: vt sc̄tus
 Thomas: in. 4: sententia ū inquit: q̄uis
 omnibus apostolis cōm uniter data sit
 potestas ligandi & soluendi: tamen, vt
 in hac potestate aliq̄s ordo significare-
 tur: primo soli petro data est: vt ostendatur:
 q̄ ab eo in alios debeat ista po-
 testas descendere: & diruari: propter q̄
 dixit ei: singulariter confirma fratres
 tuos: & pacem oves meas. i. loco mei: vt
 Chrysostomus dicit: p̄positus & caput
 esto: fratrū: vt ipsi te i locū meū assumē-
 tes vbiq̄ terrarū te in trono tuo sedēte
 ad. 24. ar predicent: & confirmēt. ¶ Ad vigesimū
 mētum, mūm quārū fundamenū dicendū: q̄
 illud verbum pari cōsortio non de no-
 nat equalitatē potestatis: aut honoris;
 sed similitudinē & exponendū est pari
 cōmuni siue simili potestate: paritas
 enim non tantū equalitatē: sed etiā simi-

litudinē in sacris literis legitur signifi-
 care. Vnde leuiti. xviiij. dicit caueie ne
 vobis similitē eueniat: cū paria feceritis;
 glo. p̄ma exponit. i. similia & q̄ in hac
 signatiōe paritatis accipiēdū: lit in p̄
 posito: ex sententia beati Leonis papæ
 patet: qui scribēs ad Anastasiū thesaloi-
 nensem episcopū iia dicit: q̄m in cr
 beatissimos apostolos in similitudine
 honoris fuit quædā discretio potesta-
 tis: & cū par omniū esset electio vni tā-
 tū datū est: vt cæteris p̄hemineat: ecce
 qđ ibi in. d.c. Anacletus & Ciprianus
 dicunt: pari cōsortio honoris: Leo pa-
 pa quasi expōnes dicit: in similitudinē
 honoris. ¶ Secō respondetur: q̄ vt in
 glo. in. c. sacrosancta. xxiij. dist. iāgitur:
 duplex dī potestas: qđā. s. ordinis siue
 consecrationis: & quædā regiminis si-
 ue administratiōis: dicimius ergo q̄ pa-
 ritas illa de quo loquit̄: Anaclet⁹ & etiā
 Ciprianus accipiēda est: q̄tū ad digni-
 tatem ordinis: siue cōsecrationis: illa c̄m
 equalis fuit omnibus apostolis: nō aut
 intelligenda est: q̄tū ad potestatē regi-
 minis: siue administrationis: cū in hac
 potestate petrus sit superior & maior.
 Facit i simili quod notatur: in. c. quāq;
 ij. q. viij. & q̄ talis fuerit intētio p̄dicto-
 rū letorū: patet ex eorū dictis: nā Ana-
 cletus: in p̄allegato. c. sacrosancta. xxiij.
 dist. ita inquit: inter beatos apostolos
 quædā discretio fuit potestatis: & licet
 oīs apostoli essent: petro tamē conces-
 sum est a domino: & ipsi inter se volue-
 runt idipsum: vt reliquis omnibus pre-
 esset apostolis: & cephaz. i. cap. ii. & p̄ i
 cipiatū teneret apostolatus: Itē hoc idē
 beatus Ciprianus designat in. c. loqui-
 tur. xxiiij. q. i. vbi post verba inducta:
 ita subiungit: sed ab vnitate exordiū p̄
 sicileſt: vt ecclesia Christivna mōstre-
 d. iiij

tur; preterea patet ex eo: quod infra huius ecclesiæ caput: & originē potestatis; dicit esse apostolicā sedē; velerū paricon sortio, i. simul & eodē tempore pōt expōni data oībus; sed nō denegat datā petro prius pleniorē; vt patet ex supradictis; & licet dicat: quod xps hanc potestatē etiā episcopalē dederit apostolis & successorib⁹, c. i. §. vna de summa trini. & fidicatholi. ille text⁹ dato: qđ loqtur de clauib⁹ q̄ dicūt pōtificales licet istæ cōcedāt data: apostolis & eorū successoribus a xp̄o, nō tñ seqtur quod immediate illis xps dederit illas claves pōtificales, nā cōstat: quod successoribus apostolorū: quibus etiā dicit̄ dedisse: nō immediate per se eas illis dedit; sed p̄ episcopū cōsecrantē; & ita apostolis alijs à petro p̄ petrum eos cōsecrātem tradidit claves illas, vel aliter ad dictum, c. in nouo respondetur: quod paritas illa nō est intelligenda quo ad oīa: qm̄ licet quo ad substatia potestatis cōsecrationis intelligatur: quia omnes tandem fuerūt episcopi non tamē quo ad ordinē temporis: quo nū nō cū eo simul factisunt: Cū in principio illius textus dicatur: quod primo petro pōtificatus in ecclesia datus sit: nec quod ad ordinē immediationis: quoniā nec p̄ a xp̄o immediate: sed ab ipso petro factisunt pares: quo ad cōsecrationis potestatē, non obstante: quod fuerūt ab ipso facti sicut episcopus consecratus: pars est episcopo consecranti in potesta te ordinis. **A**d vigesimū quintū dicē dum negādo consequentiā: dico enim quod licet apostolitunc nondū plene cognouisset quis inter eos: post corporalem xp̄iasēsionē caeteris p̄ferretur: & presidere deberet: & ideo de hoc contendēt: non sequitur propter hoc quod ex xp̄i dispoſitione nullus inter eos ma

ior esset praeordinatus: immo hoc ex preſe inuit dñs cū ait qui maior est inter vos: &c. ad secundā partē eiusdē rationis respōdetur: quod xps in ybis illis nō docuit apostolos; vt singuli reputarētur: se singulis minores inferioritate officiū seu auctoritatis: neq̄ hoc dñs suo exēplo docuit: sed vt quāto quis inter apostolos esset maior: tāto esset humilior secundū illud ecclesiastic. 3. i quantum maior es: tāto te humilia omnib⁹. d. c. olim. xcv. dis. & c. disciplina. xlvi. dis. **A**d illū Mathæi. xx. c. & Marci. xx. c. dicēdū quod xps nō inter dicit oēm dñā tū: siue principatū apostolis: sed tātum dñatū q̄ gētiles: & hoīes mūdani vtuntur in subditos: p̄ quo notandū scdm sanctū Thomā in apostilla sua sup Mathēū dicit: modus exponendi illam auctoritatē: quod dñari dupliciter accipitur: vno modo pro prae esse: & hoc modo non loquitur Xps in prefato loco nec talis dñatus inter dicitur apostolis: vnde legitur: xpm dixisse petro super p̄bē meā constitui te principē: & de apostolis dicitur: P̄ sal. xlviij. constituēt eos principes super oēm terrā: & de exercitio pastoralis presidētie cōmissō beato petro dicit̄: loānis vltimo. c. Simon paſce oues meas, alio modo dñaridicitur: prout relatiue dicitur: ad seruū: & hoc modo sumitur: in loco preallegato: cū ait dñs principes gētiū: &c. principes enim cōstituti sunt ad hoc: vt procurēt bonū subditorū: si enim volunt illos in seruitutē redigere tunc abutuntur potestate: quia vtuntur liberisho, minibus: vt seruis: & quia hoc consuetū erat inter gētiles: dixit principes gētiū: &c. 2. in seruitutē redigūt sibi subditos scdm illud Ezech. xx. principes tui: in medio eius q̄silupi rapaces: &c.

Et de eius auctoritate & potesta

Fo. lvij.

& talis principatus vel dominatus, inter dicitur apostolus christo: cu ait dominus non ita erit inter vos: unde beatus chrysostomus: super eundem Mathaeum: ita inquit: principes mundi: ideo sunt: ut dominentur minoribus suis: & abutantur vita eorum ad suas utilitates: & glorias: principes aut ecclesiarum: ut serviant minoribus suis: & ministrerent eis quicunq; acceperint a christo: & ut suas utilitates negligant: & illorum procurando: ad. 29. ar. ret. ¶ Ad vigesimum sextum dicendum: quod versus est intelligendo de successore tamquam vicario generali: unde iste fuit solus petrus: qui tamquam generalis vicarius in toto orbe christo successit: & non iacobus alpheus: qui ab ipso petro hierosolimitanus episcopus est ordinatus: unde sanctus thomas expone: nesciimus illud iohannis ultimum: sequere me: dicit iusta chrysostomus: quod iacobus licet post christum ascensum: specialiter curia illius loci habuerit: petrus tamen universaliter totius ecclesiarum curam obtinuit: quod autem petrus immediate christo hierosolimis etiam successerit ex eo patet: quod ibi summi pontificis officia: quo ad predicationem: & mattheae electionem ac quo ad alia inter oecumenicos prius exercuit: & licet hierusalem consecratione sanguinis christilo cus fuerit gloriiosior: Roma tamen: pro summi pontificis successionem: fuit anterior. c. beatorum. ij. q. viij. c. sacra sancta. xxij. distin. hinc petrus specialiter suam sedem tandem Romae elegit: hierosolimis tamen iacobus episcopo constituto: & hoc: ut pulchre dicit beatus bernardus in libro de consideratione ad beatum eugenium papam: ut ibi positus suscitaret semen defuncti fratris: ubi occisus est ille: nam dictus est frater domini. ¶ Ad vigesimum septimum dividendum ad. 27. ar. c. respondetur negatiue negando co-

sequentiā quoniam apostolus paulus in predictis verbis non negat: se aliquid auctoritatis a petro accepisse: sed tantum ostendit veritatē euāgeliū sui ex collatione: cu alii apostolis: & eorum approbatione: ascendit enim: ut dicit in principio eiusdem capituli: post quatuordecim annos a passionē christi hierosolimā: & contulit cu petro: & aliis secundū astantibus euāgeliū quod prædicauerat gentibus: & ostendit tria. primū quod alii apostoli: cu quibus contulit: nihil in sua predicatione correcxerunt: quod si falsum. Secundo quod nihil suppleuerunt: vel addiderunt: quasi diminuit. Tertio quod in societate suā receperunt tantum verum apostolū: propter quod ex parte perfectionis doctrinæ: ut dicit glosa: non fuit inferior aliis apostolis: quod ita perfectus fuit: ut nihil esset: quod in collatione perfectionis sue adderet: dei enim perfecta sunt opera. Deuter. xxi. c. & ita patet: quomodo siue in quod paulus non dicebat inferior aliis apostolis: quinimo: & petro. scilicet in duobus: primo in hoc: quod a deo immediate institutus fuit ut petrus: & alii: secundo in hoc quod a deo perfecte instructi in euāgilio dei erat: sicut & ipse petrus: non autem dicimus: quod erat par petro in potestate iurisdictiōis: quoniam non latebat ipsum paulū: petrus esse caput ecclesiarum: unde eum vocat cephaz quod grecum caput significat: ut dicit badius ysidorus. atque licet paulus non immediatus a petro apostolatus officium suscepit: sicut nec alii apostoli: sed a christo immediate non se quod quod badius petrus non fuerit paulus sicut alii orum apostolorum princeps & protoplatius sicut enim superius dixi: licet potestatē christi regis apostolis contulerit: in ordine tamen ad petrum: quem eis pro posuit: cuiusmodi singulariter: ait tibi dabo claves regni celorum: &c. in cuius signum badius paulus: licet a deo esset immediatus predicatorum gentium constitutus.

tutus: nihilominus ad Petru[m] venit cū eo de euāgelio collaturus: de quo Hieronymus in epistola sua, ad Augustinum ait: deniq[ue] tante auctoritatis Petrus fuit: vt Paulus in epistola sua scribit: deinde post tres annos: veni Hierosolimam videre Petru[m]: & mansi apud eum diebus quindecim: rursumq[ue] in sequentibus: post annos quatuordecim ascendit iterum Hierosolymā: cū Barnaba absūpto, & tito: ascendit autē secundum reuelationē: & exposuit eis euāgeliū: qđ predicauit inter gētes ostendens non habuisse securitatē predicādi euāgeliū nisi Petri: & eorum qui cū eo erant fuissent sentētia roboratū: hec beatus Hieronymus. Ad secundam rationem: quā ex secunda parte adductae auctoritatis ad Galathas. 2. assumebatur: respōdetur, negādo q[uod] per illa verba Paulus se vellet equi patare Petro in potestate regiminis quem sciebat etiā ciorem constitutum: & Caput totius vniuersalis eccl[esi]æ: nec paulus credit Petri potestatem restrictā esse solū ad circuncīlōs, licet apropiate pro illo tempore ad illos: spēcialiter verbū predicationis extēderer: quoniā petrus in Antiochia sedidit: & i[ns] Hierusalē: & multos conuertit ibidē & alibi ex gētibus: sicut patet acēuum .x. de Cornelio & xi.c. vbi reprehensus legitur: a circuncīlis fratribus quod ad gētes tuisset ingressus: & cū conuersis: ex gētibus māducasset: ad id autē q[uod] glosa dicit: q[uod] ita principaliter: Sicut petro erat sibi credi tū euangeliū: respondendū: vt exponit manigister Nicolaus gorra in apostolia sua super epistola Pauli dicit: intelligendum quo ad officiū predicationis: qđ ex his vībis Pauli Magnifīste colitur. Ad tertiam rationē quā ex tercia

parte auctoritatis p[ro]fatae assumebatur: respondetur negando consequētiā: sicut em̄ ex hoc qđ loā.xx.c. Christus vocauit apostolos fratres in aliquo pri matui apostolico nō de rogatur: ita ne q[uod] ex hoc: q[uod] petrus frater & socius dictus sit Pauli modo predicto: sequitur q[uod] nō fuerit princeps eius ac superior: preterea falsum est quōd assumitur: vi delicit q[uod] princeps: aut superior nunquā dicatur subditos habere socios: nā p[ro]mo regū.xxiij.c. dicit iuit rex Saul & socij eius ad qrendū Dauid. Ad q[ua]dā rationē sumptā: ex q[ua]rta parte supradictae auctoritis: respōdēt falsum esse: q[uod] paulus credidit Petri potestatē esse restrictā solū ad circuncīlos: immo eius auctoritas & potestas etiā ad gentes se extendit: sicut in responsione ad secundā rationē dicta auctoritatis dictū est. quod etiā magnifīste colligitur actuū x.c. ostento sibilante dictum est: surge petre occide & manduca: vbi glosa interlinearis. 1. recipe ad vnitatem corporis eccl[esi]æ cuius petrus princeps: & occide in gentibus: quod fuerant & fac: quod es. Ad ultimā rationē, quā sumpta est: ex illo loco in eadem epistola: vbi apostolus paulus, dicitur in facie petro restitisse: respondetur negando con sequentiā: qm̄ ex hoc q[uod] paulus in illo casu restitit petro in facie publice nō sequitur: q[uod] par aut maior in auctoritate petro fieret: vel fuerit: quoniā vbi eminet periculum fidei seu animarum: subditi etiā publice possunt resistere in facie prelati suis: vt beati Gregorii inq[ue]: & habet in.c. paulo ij. q. viij. ita etiā papæ scādalizanti eccl[esi]ā licitū est resistere. c. & illa. 1. q. viij. Innocen. in.c. inquisitioni de senten. ex cōmu. & hac ratione dicit sanctus Thomas. 2. 2.

Paulus: licet esset subditus Petri, propter eminēs piculū scādali circa fidē Petrū, publicā arguit: & sicut dicit glosa, ad Galathas. 2. Petrus exēplū maioribus tribuit: ut sic ubi forte rectū reliquissit non de dignarētur etiā a posterioribus corrigi: illud autē qđ adducitur. Deuteronomio. xxi. c. dīsno detrahēs: &c. non facit ad propositū: quoniā talis reprehēsio non est detractio: nec maledi-
ctio, ad glosam autem Hieronimi dicē-
tis: qđ Paulus Petrum reprehendisse
non audere: nō sīse nō imparēsciret: di-
cit magister gratiamus in. c. Paulus. ij.
q. viij. ita hoc nō de officio ecclasticæ di-
gnitatis: sed dī paritate vitæ & sanctitate
cōuersationis, solus ingt, Petrus inter
apostolos primatū gerebat, & Petrus
humilit̄ tolleravit alios ad humilitatis
exēplum inuitans, c. nos in quēquē. ij.
q. vñ. &c. si Petrus &c. si quis: sed me-
lius videtur: dieēdū iustascim̄ Thomā
22. q. xx. iiiij ar. iiiij. qđ Paulus erat par-
tro quo ad fidei defensionem nō quo
ad dignitatē prelationis: quoniā de pa-
ritate vitæ vel sanctitate cōuersationis
non hoc videtur intelligentū: cū pau-
lus dicat nihil mihi conicius sum: sed
non in hoc iustificatus sum. 1. ad Corin-
thios. xvi. glosa magistra ita exponit. 1.
non ita me iustū puto: quia potest esse:
qđ nescio: delicta enim quis intelligit:
& quis gloriabitur mūdum se habere
cor: humiliat se apostolus hoc dicens:
vt homo loquitur: qui potest habere cul-
pā nesciens: &c. **A**d vigisimū octa-
ad. 23. ar: uum fundamētū dicendū: qđ licet pe-
trus nō solus: sed simul cū alijs aposto-
lis elegerit Mathiā: non est factū cx de-
fectu potestatis: quaē fuerit in petro ad
illā electionē faciendā: cū princeps fue-
rit apostolorū: vnde glo. sup illud ex-

urgens petrus: &c. Dicit glosa: interli-
nearis ibi pastor pīo cui bus loquitur:
sed factū est religiosa intentiōe pacis: &
vnitatis causa: quod magnifice beatus
Chrisostomus exponens hunc locū: su-
per actus ap̄ ostolorū proficeretur ira di-
cens: Petrus vt inflāmatus: & sicut ille
cui à xpo cōmissū erat ouile: & vi prin-
ceps apostolorū, semp̄ pro ouibus in-
cepit sermonē primus: vide autē quia
petrus omnia fecit cōmuni omnī vo-
lūtate nihil agit prīcipaliter: aut̄ qua si
dīs, & infra: oportet ergo ex his viris
qđ nobiscū congregatiōnē omni tēpore:
quare ita palā oībus loquitur: ne cōtē-
tione res fierent: & ad lītē de venirēt: &
ideo scādala vitabat qđ, propter incipiens
dicit: viri fratres, oportet ex vobis eli-
gi: &c. multitudini populi electionē cō-
cedit: & vt ipse à contentionē liberare-
tur: & alijs honor exhiberetur: & infra
qd ergo: &c. centū, & viginti erant: &
vnū querit ex multitudine: oportune
vero petrus primus huiusmodi reido-
minatur: quia ipse om̄nes in potestate
sua acceperat: ad eum enim dixit Chri-
stus: tu aliquando conuersus confir-
ma fratres tuos. **E**t sāpe vidimus
gesta: & statuta in concilijs presente
papa, papæ, & nō concilijs ascribi: &
ecōtra vt in capitulo primo de pact. &
in. c: primo de sponsa. Cū similibus: &
ita tollitur: illud de cōgregatione apo-
stolorum: & de hoc puncto: an & quā
do gesta in concilijs debeant Papæ a-
tribui: vel cōcilij: notatur per. abb. in
c. primo: de electio. **A**d secundam
rationem quāe summittur ex electionē
septen̄ diaconorum patet responsio:
ex solutione data: supra ad rationem
superiorem. **A**d rationem vero ter-
tiā sumptam ex. c. Actuum, viij. de-

missione petri respōdetur: quia assūmptum est falsum videlicet q̄ omnis missio importet superioritatem in mitten-
te respectu missi: patet ex illo Mathæi 2. vbi dicitur: Herodes misit tres reges magos q̄ venerant adorare dñm in Be-
thleem: dixit: ite & interrogate de puerō: & tñ clarū est quod Herodes nul-
lam superioritatem habebat super re-
ges predictos: Itē Genesis. xl. dicit mit-
tite ex vobis vnum vt adducat fratrem
vestrum minimum: planum est q̄ ista
missio non importat superioritatem
immittentibus respectu missi: dicitur
ergo q̄ est missio: videlicet secundum
auctoritatis imperium, vt seruus mitti-
tur a domino quemadmodū Rex mit-
tit senescalum suum: aut legatū: aut est
secundum concilium: vt conciliarij vel
senatus dicitur: mittere Regem ad bel-
landū: istos duos modos mittēdī tāgit
sc̄tūs Thomas in prima parte. q. xl. vi.
ar. i. tertius modus est sc̄dm auctoritatiē
amoris: sicut quādoq; socij inferiores
mitūtnūciū: siue an basia orē ad regē:
vel ad papam aliquem maiorem inter
eos: respectu cuius nullam habent au-
ctoritatē vel superioritatē prelationis:
sed tamen amoris: qua distinctione ha-
bita: potest dupliciter dici primo q̄ a-
postoli non miserunt Petrum auctori-
tatis imperio: sed miserunt cū: prouidē-
tiæ cōcilio: vt iret sugerētes ei vt magis
accōmodus tū ratione auctoritatis, tū
quia præ cæteris splēdebat maiori mi-
raculorum gratia: talis autē missio nō
notat superioritatē auctoritatis in mit-
tente: & q̄ talis fuerit illa missio non
notat superioritatē auctoritatis: & sic
videtur apperte colligi ex glo. ordina-
ria eiusdē textus: quæ dicit sic petrus
Ioannem associat sibi: quia virginitas

ecclesiæ grata est, & placet plane si illa
missio facta fuisset ab aliquo superiori:
non diceret q̄ petrus associavit sibi lo-
annem: sed magis diceretur: quia Ioan-
nes esset sibi associatus; ab alijs aposto-
lis. ¶ Secundo potest dici: quōd ista
missio qua petrus dicit missus ab apo-
stolis: dicit dominus Hēricus in sum-
ma suæ theologiæ auctoritate amoris:
q̄ gradū nescit nō auctoritate prelatio-
nis cū P etrus vertex fuerit apostolo-
rum. ¶ Ad vigesimū nonum, & trige-
simū fundamentū: dicēdum q̄ potē-
stas prelatorū, & episcoporum est à
Christo non immediate: sed mediante
petro & subcessoribus suis, & dū mul-
ta adducuntur: in his argumētis per q̄
videtur: apostolos habuissc auctorita-
tē à christo: & potestatē iurisdictionis:
respondeo q̄ non sequitur: apostoli &
discipuli habuerunt potestatē iurisdi-
ctionis immediate à Christo: ergo epi-
scopi, & curati habent hanc potestatē
iurisdictionis immediate à Christo: q̄
duobus exēplis probatur. ¶ Primū
est de constitutione mūdi: magnificū
est q̄ licet in principio mūdi: prima in
diuidua specierū sint immediate a deo
facta: quantū ad ordinem suppositorū
a gentiū: nō sunt immediate a deo: imo
sunt mediatis virtutibus celestibus
& alijs causis secundis: vnde Aristote-
lis. 2. phisicorū dicit q̄ sol & homo ge-
nerant hominē: sicut enim nō valet ista
consequentialia in constitutione & crea-
tiōe mūdi. cœli & elemēta & aliæ prin-
cipales partes mundi fuerūt a deo im-
mediate facta & creata: q̄ ipse dixit &
facta sunt ipse mādauit & creata sūt: er-
go etiā in propagatione rerū institutarū
oia q̄ sūt: sūt immediate a deo: ita etiā
ista consequentialia, non est bona Chri-

ad. 29. &
30. argu.
q̄ est vna
idē fūda-
menti.

duo exē-
pla. pri-
mū exē-
plum.

stus in prima cōstitutione, & fundatio
ne ecclesiæ immediate cōstituit aposto
los & discipulos episcopos & curatos
quantum ad potestatem iurisdictionis
ergo similiter pro ingressu ecclesiæ fū
datæ alij qui sequuntur: post institutos
à Xpo sint immediate instituti à Chri
sto hoc etiam similiter patet in secūdo
exemplo q̄ consideratur in regimine
ordinis politici: sicut enim Christ⁹ pri
ceps & pastor principalis ecclesiæ cū
presens esset in regno istius militantis
ecclesiæ secundum cōversationem hu
manam: dicitur se instituisse apostolos
& discipulos indiuersis iurisdictionib⁹:
nō sequitur propter hoc q̄ ipso absen
te secundum conuersationem humanā
alij qui in regno ecclesiæ succedunt pri
mis per eum institutis: sunt ab ipso im
mediate instituti: poterū enim esse in
stituti à suo vicario generali cui curam
& regimē cōmisit sicut contingit i po
litis secularibus & etiam spiritualibus
quia cum principalis dominus longo
tempore disponit se absentare a regno
suo committit suo generali vicario ut
si interim vacare contingat officia, aut
loca aliqua prouideat de ministris &
officialibus idoneis q̄ ita etiam creden
dum est esse factum cum Christus ad
cœlos ascēderit ab ecclesia militate per
suam presentiam corporalem & visibi
lē ab futurus & subtracturus, qđ bea
to Petro tanquam eius vicario gene
licuram & regimē totius ecclesiæ suæ
plenissimæ commēdauit: quod etiam
magnifiste patet ex glossa Augustini
& Quasiodori: sup illā Psalmi. xlivij.
pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: vbi
dicūt post prophetas apostoli & pro
apostolis episcopi & alij quos ecclia
ginit & in sede patrum constituit; ecce

q̄ magnifiste facit q̄ ecclæa episcopos
genuit & in sede patrū cōstituit. Ixvij.
distin. c. quorum: ergo per consequē
illis immediate ecclæa potestatem cō
tulit: & per consequens non habuerūt
illam immediate à Christo non ergo
valet ista consequētia: episcopi succe
dūt in locum apostolorum in similitu
dine officij aut potestatis: ergo in mo
dum recipiendi, itaq̄ immediate habe
rent illā à Christo sicut apostoli: q̄ ve
ro cōsequēter dī ad probationē: cum
inducitur: similitudo de papa: q̄ ip̄c di
catur: ideo immediate à Christo reci
pere potestatem, quia succedit Petro,
quia a christo immediata habuit & ita
videtur dicēdum de inferioribus pre
latis: respōdetur q̄ nō est simile de pa
pa qui est vniuersalis vicarius Christi
in tota vniuersali ecclæa: & dī alijs pre
latis qui sunt particulares prelati & vi
carij: quoniam particulares vicarij cō
stitui possunt ab alio quam à principa
li domino: quoniam possunt institui à
generali vicario. c. sua dī officio vicarij:
non sic autem de generali vicario quo
niam autē pro amplitudine & vniuer
salitate potestatis auctoritatis suæ non
potest nisi a principali domino imme
diatē constituī, & ideo non est simile.
¶ Secundo respōdetur: ad prefactam
objectionem negando antecedens siue
assumptum videlicet q̄ apostoli & dis
cipuli receperunt immediate à christo
potestatem iurisdictionis quam habue
runt: quoniam hoc non videtur bene
probabile iusta auctoritates & decreta
sanctorū patrū ac rōes supra inductas.
¶ Ad auctoritatē q̄ ponit; mathæi xvi.
tibi dabo claves sup q̄ dicit leo papa q̄
transuerit in alios apostolos ius illius
potestatis: & melius, Mathæi. xvij.

respondeatur, quod non est dubium quod Apostoli habuerūt potestatem ligandi ac soluendi, sed an habuerunt immediate à Christo vel non loquendo in mediatione suppositorum a genitiū dico ergo quod ius potestatis transfilit in alios apostolos & principes ecclesiae sed per petrū nā ut idem Leo inquit, in tertio sermone ordinatiōis suā quicquid cateris cum petro voluit esse commune non nisi per petrū dedit: quicquid alijs nō negavit: & hoc sonat verbū transitus qui de extremo ad extremum non sit nisi per medium & q̄ ita veniat intelligēdum nō solum patet ex supradictis sed ex eo q̄ dicit: in fine eius dē auctoritatis vbi sic dicitur, q̄ Petro hoc singulatiter credit: scilicet alijs dispensandū secūdum illud prima ad Corinthios: dispēsatio mihi credita est: fuit enim Petrus dispēsator ille fidelis & prudēs quē constituit dominus super familiā suā glo. ibi exponit, id est, eccliam: Lucæ. xxij. codem modo respondeatur ad auctoritatē Rabani in glo. I. dicimus enim q̄ potestas data Petro: sit data alijs apostolis: nihilominus tamen differēter sicut exemplariter dicere possumus quōd deus dedit lumen lunae: soli: & stellis: soli tamē immediate & in plenitudine: lunae vero & stellis p̄ mediū solis & in minori quantitate sic petro Christus dedit immediate & in plenitudine potestatem; alijs vero mediāte petro vicario suo generali & gubernatori totius orbis Christiani: in quantitate siue mēsura per petrum limitāda secūdum partē solitudinis ad quam essent euocādi. Ad auctoritatē quā habetur Lucae sexto respōdetur negādo consequētiā quoniā ex illa auctoritate neque ex dicto Ambrosij colligitur

q̄ Christus tunc contulerit aliquam potestatem iurisdictionis apostolis aut discipulis, sed bene dedit potestatē predicādi, huiusmodi autem potestas predicandi dicta est a potestate iurisdictionis quēadmodū alia potestates quae in Euāgelijs leguntur datae apostolis: cuiusmodi sunt potestas miracula faciendi: potestas baptizandi; sicut potestas sacerdotalis siue conficiendi vel cōsecrandi sicut etiam potestas tempora lia pro spiritualibus metendi: nec non potestas ligandi & soluēdit in foro cōscientiae: vnde ex collatione talium potestatum facta apostolis seu discipulis non arguitur, quōd data eis fuerit potestas iurisdictionis aliqua tum temporis: quod vero dicebatur quōd missio sit collatio potestatis iurisdictionis falsum est: licet enim sit collatio potestatis predicandi non tamen alicuius iurisdictionis: quo circa ex hoc quōd christus immediate Apostolos & discipulos misit ad predicādum non habetur quōd christus dederit eis aliquam potestatem iurisdictionis: quōd similiter consequenter dicunt: quōd Christus immediate dedit potestatē predicandi & baptizādierat post resurrectiōnem & in diem ascensionis parum valer: quia ex hoc non habetur quōd dederit eis potestatē iurisdictionis: ut superius habitum est ceterum non sequitur: quōd si Christus adhuc presentis in corpore & per se suam ianctam ecclesiam regens per se ipsum dederit potestatē apostolis predicādi & baptizandi vel aliam quancunq; potestatē quōd propter hoc dederit eorum successoribus immediate: sed magis q̄ successor petri det successoribus illorū maxime cum facta paucorum commu-

32

Et de eius auctoritate & potestate.

Fo. lxxij.

nem legem nō faciūt; vnde si illi ppter suā sanctitatem hoc habuissent qui cōfirmat in nō poterāt abutiri nō oportet q̄ p̄ita sit de alijs sed habuit seruari cōmuniis causa vtilitatis q̄ ab uno capite oēs acci perēt suā potestatē limitata. ¶ Qd au tē dicitur q̄ data sit discipulis in resurre ctione potestas ligādi & soluēdi simul cū apostolis magnifice videſ falsū ex predictis: maxime quia ipſi non erāt sa cerdotes, illud aut̄ dictū in resurrecōne quorū remiseritis p̄ctā: &c, non nisi de potestate ligandi & soluēdi in foro cōſtituentiloq̄t; & cū dicitur ad probationē iā dīctorū q̄ quādo xp̄s dixit sicut misit me pat̄ & ego mitto vos q̄ tūc dederit potestatē p̄dicandi discipuli suis sicut apostolis; dicēdū est nō ita esse quia ex quo sacramētū ordinis fuit institutū in cena dñi cū ordo doctorū in ecclesia dei sit precipuus & tūc non lieuit nīl ordinato saltē in diaconū pre dicare vnde etiā post spū sancti missio nem cū enim erāt sanctiores & doctio res facti nullus nīl diaconus legitur p̄ dicasse vnde cū tūc nō essent discipuli diaconi; sed post modū fuerunt ordinati non est verissimile q̄ eis xp̄s dederit potestatē p̄dicādi & q̄ sic data fuit po testas illa p̄dicādi quā prius habuerūt expirauit quādo ventū est ad illud tē ad. 6. ar. pus quādo soli ordinati habebant pre dicare q̄ fuit q̄n sacramentum ordinis fuit institutū & q̄ p̄tinatius ab aliq̄bus dñi q̄ discipuli receperūt potestatē p̄di candim mōte Galilæ & in ascēsiōe cū apostolis. Nō est verū dato etiā q̄ fuis sent presentes scilicet q̄ non erāt capaces illius potestatis de cōgruitate & sci entia & quod dictum est de predicatione: appropriata ordini sacro ei iā dī cēdum est dī baptismō videlicet quod

post institutionem ordinis ip̄se baptis mus cū sit ianua omniū sacramen torū debetur sacerdotibus qui h̄abēt claves vel corū in mediate ministris sicut dia conis ip̄se enim in primitua ecclesie a ba ptizabāt tūc enim in baptizando iuba bāt leuite sacerdotes sicut Philippus ba ptizauit Eunuchū & plures alios in fa maria, vt habeat actuū. viij. c. vnde act⁹ actiūorū sunt in patrētibene dispoliō cū ergo discipuli non dū essent diaconi & per cōsequēs nō essent apostoli neq̄ ad baptizandum & per cōsequēs xp̄s pro tūc nullam potestatē dedit eis da to q̄ essent p̄sentes vnde etiā Mathæ⁹ & Marcus vbi hoc referūt. s. vltimo. c. solū de vndecim discipulis qui intelli gūtūr apostoli faciunt mentionē: de alijs autē discipulis tacētes; q̄ nō essent ni siquia aut non erāt p̄sentes aut si erant presentes ad solos apostolos dirigebat̄ sermo Christi & illis solis dabatur potestas modo supradicto magister Nicolaus delyras p̄ vltimo Mathæ⁹ & Marcis oīlum de apostolis intelligē doliteram illam explanauit & si quera tur qđ est de potestate quā ante passio nem prius habuerunt respōdit dñs p̄tr⁹ de palude intratatu suo de potesta te ecclastica quōd illa videtur, defēcisse in passione quia nō misit illos sim pliciter in omnem locum ad predican dum, sed in omnē ciuitatem & locum quo erat ip̄se venturus vnde postquā cessavit via Christi cessauit eorum po testas sicut cessat virtus legalium adue niente veritate usque ad cuius adueni tum erant imposita vt ait apostolus ad Galathas. 4. c. & ad Hebræos nono. c. & eadem ratio inquit, videtur de apo stolis specialiter: quia in passione om̄nes deuiauerūt a fide propter beatam

Fo. lxiiiij.

De concilio generali:

virginē ut videtur dicere Anselm⁹ po-
testatem & auctoritatem perdiderunt
vnde post resurrectionē de nouo mo-
do supra exposito potestate in recepe-
runt & quasi cōtraria continentē quia
prius dictum est in viā gētium ne abie-
ritis & in ciuitatē Samaritanorum ne
intraueritis postea vero dictū est Ma-
thæi vltimo docete oēs gentes & Mar-
ci vltimo eūtes in vniuersum mūdum
predicate Euangelium omni creaturæ
& actum. i. capi. eritis mihi testes in om-
ni Iudea & Samaria & vsq; ad vltimū
terre & dum dicitur q̄ nō potest dari
ratio quare potestas Pctro data sit cō-
tinuata in summo pontifice a Christo
& potestas data alijs apostolijs non sit
cōtinuata in episcopis & curatis in me-
diate a christo datur ad hoc multiplcx
ratio differentiæ & assignatur; maxima
differentia inter papam, & alios prela-
tos ecclesiæ.

Differen-
tiae inter
papā &
alios pre-
latos pri-
ma dif.

2. differē-
tia.
alpho. ■ Secūda ratio quia potestas
data Pctro non potest dari ab hoīe pu-
ro vnde oportet q̄ ab illo cui data est
potestas Pctro. i. a Christo cōtinuetur
cuilibet successoris; sed potestas data a-
lijs apostolis & discipulis cū sit limitata
& coarctata ab homine potest dari sal-
tem sicut fit quādo papa dat alicui epi-
scopatum vel curam vel de nouo insti-
tuendo nouum episcopatū vel curam
nouā quia tunc dat illi quem pro mo-
rietantā potestatē quantā habet alius
episcopus vel curatus etiā s. a Christo

ellet in mediate institutus. ■ Tertia ra-
tio differētia: quia vicarij particulares
possunt institui ab alio q̄ a principali
s. a vicario generali: vicarius autem ge-
neralis non potest institui nisi a princi-
pali domino & ideo non est necessariū
q̄ vicarij particularis instituat: seu cō-
feratur in mediate a principali domino
sicut de vicario generali. ■ Quarta ra-
tio quia statui episcoporū & sacerdotiā
tum nō est annexa potestas iurisdictionis
sicut statui papatus cuius probatio
est cū illa q̄ fiūt annexa iuri diuino ho-
mo non potest ad inuicē separare secu-
dum illud Mathæi. xvij. c. quos deus
coniunxit homo nō separat: sed papa
potest facere verum episcopū & verū
sacerdotem qui nullum habeat sub di-
tum nec vllam iurisdictionē in aliquo
foro neq; ex hoc q̄ aliquis est sacerdos
maior sicut episcopus neq; minor ha-
beat aliquam potestatem iurisdictionis
nisi cū aliūde hec sibi def̄ neq; ecōuer-
uerso: sed papati licet, simpliciter po-
testas ordinis nō sit annexa quasi ex de-
bito nihilominus potestatis plenitudo
est ei annexa: papatus enim notat statū
prelationis: super totam: cum plenitu-
dine potestatis vnde anexa est sibi hæc
potestas inseparabiliter adeo: & idco
potestas talis continuatur ad successos
res q̄ nō est in alijs prelatis. ■ Quinta
ratio & differētia propter determina-
tionem cōunitatis ex vna parte & in
determinationem ex alia nā communi-
tas ad quā pertinet electio pape est cer-
ta & determinata. s. communitas ecclæ
vniuersalis: communitas autem ad
quam pertinet electio episcoporū non
sic est determinata quia expedit aliquā
do diuidere episcopatus vel multipli-
care; acquiruntur etiam sapientiæ
tes ybi

cess; ubi oportet fundare nouas sedes ad quas pertineat eligere platos suos. propter quod oportuit hoc committere vicario generali de talibus ordinare.

6. ratio. **C** Sexta ratio & differentia dissimilitudinis est: quia non sic succedunt episcopi apostolis: vel curati discipulis: sicut papa succedit Petro. quia papa succedit petro indeterminata & certa potestate. & quantum ad territorium: & quam tum ad casus: siue extensionem potestatis: non sic episcopi apostolis: nec cum rati episcopis.

7. ratio. **C** Septima ratio differentiae. quia magis pertinet siue facit ad unitatem ecclesiae Ierusalem. quod potestates aliorum prelatorum immediate diriuantur: a vicario generali immediato: quod si immediate essent a Christo. sicut est potestas papae. **C** Potest tamen dici status episcoporum & curatorum institutus a deo. duplicitate: uno modo a Christo in generali, & implicite, virtualiter in Petro qd. petrus fuit verus curatus cuiuslibet parochiae, & diocesis. unde sicut in quaternariocotinetur binarius, & trinarius materialiter: licet non formaliter, & virtualiter; & ita in petro vtruncum statum Christus instituit, qd in ipso fuit potestas: dioceses, & parochias: episcopis, & presbiteris assignandi. **C** Secundo modo inspiratio spiritus sancto in primitiva ecclesia apostoli, per dioceses episcopos per parochias presbiteros posuerunt. & ab illis promisere & proprie episcopatus, & rectorie continuati fuerunt. & ad succedentes in illic. quod autem dicebatur: de illis duabus ordinibus: quod essent instituti a Christo. quod si intelligatur: instituti prefiguratiue: vel preordinatiue: & in generali, & implicito modo: quod supra expositum est cedo. Sed ex hoc non se-

quitur, quod papa in speciali: & ex parte non instituerit tales potestates: Sed item sequitur. quod hæc habeat exactam missionem: siue ordinatione Christi. si autem intelligatur. quod sint instituti explicite: & quantum ad propria secundum tales potestates ordinatas: quantum ad cassius & quantum ad territorium falsum est: ut super pravissimum est. & per hæc est responsum sufficienter: ad fundamēta in contrarium adducta. **C** Sed quia supra saepe facta Capitulo est mentio de potestate clauium ecclesiae lū. §. x. collata, non ab re est: hic aliquid tractare xi. de clavis clauibus ecclesiae, ideo aliqua de his uibus eccl. hic inserenda putavi. quia non extra eccl. propositam materiam: salua tamē in omnibus premissa correctione sanctae matris ecclesiae, cui in oibus me subiungo. de qua materia traditur per doctores theologos in. 4. sententiā dist. xviii. & xix. & per canonistas aliquid in. c. tāta: de excesso prelatotorū. per glosam in. §. primo. xx. distinctio: in verbo claves: p. innocentium. in. c. quanto de consue. **C** Videndum ergo est. qualiter & quo modo ecclesia habet claves. & quot & quā claves habet. & circa hoc quod ecclesia dicitur claves receperisse. potest capi. si habet duplicitate. quandoque enim capitulare eccl. claves. ecclesia in sua universalitate, & generalitate: pro ut dicitur: universitas, & collectio omnium fidelium: ut in capitulo ecclesia de consecratione distinctio. i. quā docet capitulare: pro minori universalitate, s. pro universitate omnium clericorum siue sacerdotum. **C** Secundo est etiam nota: Duplex dum. quod potestas clauium est duplex: clavis. videlicet potestas ordinis: quae propriae & immediate: ut dicunt: doctores dī clavis regni cœlorum. quia immediate se extendit ad ipsum cœlum aperiendum: remouendo impedimenta, introitus in

celum . per dimissionem peccati: vt dicit sanctus Thomas in . 4. sententiārum distin. xix . arti. 1. & Petrus de paleo, ibi & Ricardus de media villa, dist. x. viij. arti. pmo. ¶ Alia est potestas iurisdictionis : & hæc est duplex: quædā in foro cōsciētiæ: alia vero in foro exterioris iudicij: siue causarū: &c. ¶ Tercio etiam notandum est. q̄ de plenitude potestatis: possumus loqui dupliciter: vno modo: pro ut plenitudo potestatis includit, tam potestatē ordinis: q̄ potestatē iurisdictionis. ¶ Quarto est notandum. q̄ licet sit aliqua similitudo corporis mystici ecclesiæ: ad corpus naturale hominis. videlicet in multitudine mēbrorum : & aliqua vniōne eorum ad inuicem: & in officiorum diuersitate: iuxta illud apostoli ad romanos. xij. sicut in vno corpore multa mēbra habemus: omnia autem mēbra nō cundē actuū: habent. ita multi vnum corpus sumus in xp̄o: singuli aut alterius mēbra; vt in c. singula. lxxxix. dist. nihilominus tamen multiplex est differētia. & dissimilitudo. vna quidē: vt dicit sanctus Thomas in . 3. parte. q̄ mēbra omnia corporis naturalis sunt omnia simul: membra autem corporis mystici, non sunt omnia simul. neq; quā tum ad esse naturæ: quia corpus ecclesiæ cōstituitur ex omnibus qui fuerūt. ab initio mundi; vsc̄ in finē, & cōsummationē eius. neq; quātum adesse gratiae. quia etiam eorum, qui sunt in vno tempore. quidam gratia carent: alij autem habent: secunda differētia est, quia membra corporis humani constituit aliiquid vnu numero reale totū: quod subiectiue, in se toto capax est alicuius formæ: aut qualitatis: siue influxus realis: quod est ipsum corpus humanum.

non autē sic mēbra quæ dicuntur corporis mysticij. quoniā licet fideles: spe: & charitate: vt dicit beat⁹ Augustinus vniātūr. tamē cum distinguntur: per sonis. & locis. non dicuntur: constitue: realiquid reale vnum numero totū: quod subiectiue in se toto: sit capax alicuius formæ: aut qualitatis: aut influ: xus alicuius effectus realis: vnde quan: do ecclesia dicit. vna: vnitate fidei: spei: & charitatis: non est intelligendum. q̄ vnu sit numero habitus fidei: spei: & charitatis: in toto ipso corpore. quo niā corpus ecclesiæ non potest esse talium formarum suscep̄tiū: vnde etiā nos iuriste dicimus. q̄ vna uersitas non habet animam. glo. in. c. Romana. §. in vniuersitate de senten. ex. li. vi. Sed tot sunt numero habitus distincti virtutū: fidei: spei: & charitatis: q̄ sunt numero fideles: quod ergo dicitur: vna fides eccl̄iae: vna spes: & vna charitas: non accipit vniuersitas ex parte vnius, subiectu: mero earū: quia nullum tale est. Sed ex parte obiecti: quia videlicet omnes fideles qui numero. & merito. sunt in eccl̄iae corpore: idē credunt: idē sperant: idē amant: sicut dicit sanctus Thomas. in. 3. sententiārum dist. 15: vnde in hac mate: ria procedo per cōclusiones. ¶ Prima cōclusio sit ista: potestas clauium ordi: nis: quæ pprie dicitur cœli. vt dixi in praembulis: quia p̄ ea fit remissio pec: catorū: non est data toto corpori eccl̄iae: sicut neq; singularei mēbris: sed sa: cerdotib⁹ solis. & nō inferiorib⁹ data est. vt tenēt doctores. theologi. i. 4. sen: tētiārum. dist. xvij. arti. 1. & distin. xix. probatur ista cōclusio primo auctori: tate Ambrosij in libro de penitētia. & habetur per magistrū sententiārum. in 4. sententiārum. distin. xix. & trāssum.

34

Et de eius auctoritate & potestate.

Fo. lxvij.

ptiuie in, §. nemo de poeni, dist. prima vbi datur ius ligandi : & soluendi solis sacerdotibus promissum est patet, etiā ex eo , quōd olim soli sacerdotes iudicabant inter lepram; & lepram; vnde, Mathæi. viij. dominus inquit; ite & ostendite vos sacerdotibus; vbi dicit glo. inter linearis, qui erant figura sacerdotij futuri in ecclesia. Item patet ex eo: q̄ dominus, non nisi apostolis sacerdotibus; iam constitutis ait: quorū remiseritis peccata remittuntur eis; ratione etiā probatur: iusta sanctū Thomā; & Albertum magnū; nam gratia quæ in sacramentis datur à capite in mēbris descendit; ergo solus est minister sacramētorum; quibus gratia datur; qui habet ministerium super corpus Christi ve- rū; sed hoc soli sacerdotis est: q̄ eucha- ristiam consecrare potest; ergo solus fa- cerdos est minister sacramēti penitētiae; & per consequens ipse solus habet potestatē ligandi; & soluendi a pecca- tis probatur, etiam hæc conclusio iure per. c. primum. §. vna de summa Tri- nitate; & fide catholica.

2. conclu-
sio.

Proba-
rio.
2. proba,
bus mēbris suis. Secūdo probatur:
sic predicta potestas : in consecratione
sacerdotij datur; vnde cū ordinantur:
sacerdotes dicuntur eis; illa verba quæ

dominus dixit apostolis, Ioan. xx. c. ac cipite spiritū sanctū; quorum remiseritis peccata remittuntur eis; sed communitas ecclesiae non consecratur: necq; in signitur sacerdotio; ergo nō potest dici: q̄ vniuersali ecclesiæ: vt vniuersitatis sint datae claves ordinis siue potestas li- gandi; atq; sol vendi, a peccatis. ¶ Ter- tio probatur: sic nulla vniuersitas potest dici cū veritate habere perfecte; aut plene aliquam potestatē in cuius exerci- citium: nunquam per se potest exire. c. fina, de cleri, ex communi; ministrant: istud assumptum. Patet quia; vt dicit Aristoteles de sono; & vigilia cuius po- tentia eius est actus; sed tota cōmunitas ecclesiae: nō potest exire in actu potesta- tis soluendi; & ligandi a peccatis tum quia solus sacerdos est minister sacra- menti penitētiae; vt in. c. omnis de pœnitentia, & remissione; tum quōd actio- nes suppositorū sūt; ergo cōclusio vera: quod autē a quibusdam dicitur: quōd licet vniuersalis ecclesia exercitium po- testatis clauium absoluē di aliquē a pec- catis non habeat posset tamen hoc per aliquē sacerdotē facere; vel fieri māda- re, hoc nihil valet; nā hoc cū sit impati- ue facere; nō arguitur; q̄ ipsa cōmuni- tas huiusmodi potestatem babet: sicut neq; consecrandi potestatē; ex eo q̄ ali- cui celebrare mandaret; sicut etiam ele- ctus; aut archidiaconus nondū in sacer- dotio cōstituti; qui licet alicui sacerdo- ti; vt aliquē a peccatis absoluere man- dare possint: non propter ea dicuntur: habere potestatē clauium; vt ponit Ab- bas panormitanus in. c. ab ex cōmu- nicato de rescrip. habetur in. c. sufraga- neis de electiōe; ideo sanctus Thomas: & beatus Bonaventura in. 4. sententia rum distin. xix. & Petrus de palude

de:& Richardus,distin.xvij,querētes
vtrū soli sacerdotes habeant claves di-
cū: solo sacerdotes habere claves : ne-
çesse esse possibile: q̄ cōueniat alicui com-
munitati: ex his duobus cōclusionibus
sequūtur: aliqua correlaria. ¶ Primū
correlariū: q̄ predicta potestas clauīū:
neq̄ subiective: neq̄ formaliter: neq̄
radicaliter: neq̄ fundamentaliter: est in
vniuersali ecclesia: aut clericorum vni-
uersitate aut sacerdotū collegio: vt in
quodā subiecto communis: neq̄ esse po-
test: vt patet ex predictis: sed in solis sa-
cerdotibus, quo ad potestatē ligādi: &

2. corre, soluendi. ¶ Secundū correlarium est:
quod oēs auctoritates lacræ scripturæ
que de potestate clauīū ordinis quæ
dicitur: potestas ligandi: atq̄ soluēdiā
peccatis loquunt̄: de vniuersali ecclesia
capiendo pro omnibus suis mēbris si-
ue diuisin: siue coniunctim: neq̄ de alia
quacunq̄ cōmunitate minus vniuersa-
li veraciter exponi: aut intelligi possūt
istud correlariū ex predictis cōclusiōib⁹
infertur: & per consequēs: nō potest
de vniuersali ecclesia exponi: vel intelli-
gi predicto modo auctoritas illa Joan.
xx. quorum remiseritis peccata remit-
tūtur eis: de potestate prefatae ordinis
loquēdo: q̄ patet etiam ex glo. inter lis-
neari quæ: ita dicit. 1. quos dignos re-
missione iudicaueritis: duabus vide li-
cet clauibus potestatis: & discretionis
remittentur eis: tum ex eo quod huius-
modi verba omnibus sacerdotibus di-
cuntur: dum ab episcopis ordinatur:
qui bustamen omnibus non commit-
titur aliqua potestas iurisdictionis.

5. corre. ¶ Tertium correlariū: quod auctori-
tates sanctorū dicētiū: q̄ petrus in figu-
ra ecclia: accepit huiusmodi potesta-
tē clauīum impossibile est: eas intelligi

cū veritate de vniuersali ecclesia: ita: vt
cōmunitati: sit data predicta potestas,
vt supra est dictum. ¶ Quartū corre. 4. corre,
lariū: q̄ plenit udo potestatis ecclesie
stice: prout includit potestatē clauīum
ordinis: non potest esse in ecclesia vni-
uersali: vt patet ex superioribus.

¶ Tertia conclusio potestas clauīū iu-
risdictionis ecclesiæ: siue in foro cōscie-
tiæ: vel exterioris iudicij non est sic da-
ta vniuersali ecclia: q̄ singulis eius mē-
bris: sit data vt singulis: ista conclusio
licet per se nota sit probatur sic: inter
ecclesiæ mēbra omnes fideles tam cleri-
ci: q̄ laici q̄ feminæ includuntur: vnde
apostolus ad Galathas. 3.c. quicūq̄ in
Christo baptizati estis Christū indu-
istis: & vt ait Augustinus ad Bonifaciū:
& ponitur in.c. nulli de cōse. dist. iiiij. in
baptismate quisq̄ efficitur mēbrū chri-
sti. sed non omnibus fidelibus est data
potestas clauīum iurisdictionis spiritua-
lis pater: q̄a nō feminis: nec laicis: neq̄
clericis omnib⁹ etiā sacerdotibus: ergo
cōclusio vera. ¶ Quartacōclusio pote- 4. cōclu-
stas iurisdictionis ecclasticæ nō est data
toti ecclia: vt vniuersitati: siue oīb⁹ mē-
bris ecclesiæ simul iūctis: p̄ba ista con-
clusio ex predictib⁹: sic nulla potestas
pōt cōuenire alicui vniuersitati: siue oī-
bus membris ecclesiæ: simul iūctis ad
quam est inhabilis magna pars illius
vniuersitatis: sed ad potestatem iurisdic-
tionis ecclasticæ: siue in foro cōscie-
tiæ: siue in foro cōtētioso, magna pars
vniuersitatis ecclesiæ est inhabilis: neq̄
est capax illius: ergo talis potestas nō
pōt dici cōuenire vniuersitati ecclesiæ:
& potest collegiex. c. cū dilectus de cō-
sue. &c. c. constitutus de appe. patet etiā
ex conclusione precedēti: quia cum ec-
clesia: vt inquit Beda in glosa sup. Luca

& etiā dicit Hugo cardinalis: de sancto victore libro de sacramentis parte, 2. duos cōp̄lectitūr ordines, s. clericos: & laicos: quasi duo latera corporis vnius facit. c. duo sunt genera. xcij. distin. maior pars, s. laicoru est in habiliſ, siue in capax iurisdictionis ecclesiasticæ: vnde in. c. bene quidē. xcvi. dist. tota sinodus protestatur: q̄ laicis p̄sonis nulla facultas est data: de disponēdis ecclesiasticis officijs idē in. c. sequēti: & in. c. fina, de rebus ecclesiæ non alienādis: patet etiā hoc magnificius de mulieribus quæ quantacunq̄ polleant sanctitate: in habiles sunt ad claves recipiēdas, vt in. c. noua quædā de pœnit. & remi. mulier enim, nō est subiectū idoneū principatus: sed magis subiectionis quam obrē dicit apostolus. 1. ad Corinthios xiij. c. mulieres in ecclesia taceāt: nō em̄ p̄mititur eis aliquā auctoritate loqui: sed subditas esse: & philosophus in tercio politiorū dicit: quod corruptio v̄banitatis est cū regimē: siue dominiū ad mulierē peruererit; non videtur autē intelligibile: q̄ potestas clauiu sit data ecclesiæ. vt vniuersitati: siue in omnibus mēbris eius: & quod excludātur a participatiōe predictarē potestatis laici fideles viri: & mulieres: quæ nō modosunt mēbra vera corporis Christi: qđ est ecclesia: sed etiā in maiori numero: siue maior pars. **Secundo proba**

poris ecclesiæ equaliter se habēt ad ius potestatis clauiu: vt magnificat: quia alias non fuisset distinctio potestatis inter apostolos: nec fuisset distinctio inter sacerdotes maiores: & minores, nec Petrus fuisset magis caput ecclesiæ: quam alius apostolus, quæ omnia sunt falsa, ergo sequitur q̄ vniuersitati ecclesiæ: vt tali, id est, vt omnibus membris suis simul: non sit data potestas clauium a Christo: &c.

Tertio sic probatur ista conclusio: **3. proba.** quandocunq̄: alicui vniuersitati in cōmuni vt vniuersitati est data potestas aliqua: sine aliqua clausula: nō possunt quicunq̄ de illa vniuersitate exire in actu: siue exercitium illius potestatis, nisi simul omnibus cōcurrentibus: aut saltem vocatis: & nullo eorum contēpto illius vniuersitatis ex omnibus mēbris: hoc p̄batur: ex capitulo. quia propter de electio. &. c. coram, & notatur in. c. cum omnes de constitutioni. sed si vniuersali ecclesiæ in cōmuni: vt vniuersitati data esset potestas clauium iurisdictionis sequeretur: q̄ neq̄ papa nec plati ecclesiæ possent exire in actu siue exercitium eiusdem potestatis: nisi ad minus vocatis omnibus fidelibus tam laicis: quam clericis: vel saltem majori parte eorum: sed hoc est falsum: vt patet cum hoc nō seruetur in ecclesia: neq̄ etiam ad vniuersalia concilia omnes fideles vocātur: nec omnes clerici nec omnes sacerdotes: nec propter hoc reputantur contēpti: nō vocātur: nec etiam papa requirit quoruncunq̄ consensum ad executionem potestatis sibi datae: nec etiam alii prelati: ergo falsum est: q̄ toti ecclesiæ in communis: aut toto collegio clericorum: aut sacerdotum data sit potestas clauium.

Quarto probatur sic: quātuūcūqz c mīnibus mēbris alicuius vniuersitatis est potestas aliqdata: vt vniuersitati cū omnes ad ius vniuersitatis equaliter se habeāt: regulariter maior pars vniuersitatis p̄fertur minori. c. qui a propter de electio. c. cū ī cūctis d̄ his q̄ sūt a maiori pte capituli si: ergo corpori vniuersalis ecclesiæ data esset potestas claviū huiusmodi: aut collegio omniū clericorum: siue sacerdotū in cōmuni: sequeretur: quōd maiorē partē vniuersitatis: quæ est pars laicorum: vel ad minores sacerdotes: seu clericos qui sunt maior pars collegij eorū: tandem posset de voluntate regimē: et potestas iudicij totius ecclesiæ: quod est absurdum iuxta. c. inferior: et. c. deniqz. xxi. distinctio. &c.

s. conclu. **Q**uinta cōclusio plenitudo potestatis clavium iurisdictōnis: non est data vniuersali ecclesiæ: vt vniuersitati: siue in omnib⁹ eius mēbris coniūctim: hæc conclusio patet ex precedēti: quia probato: q̄ ecclesiæ vniuersali: vt cōmunitati: nō sit data potestas claviū remanet ergo probatū: q̄ nec plenitudo potestatis clavium isto modo sit data illi: nichilominus etiā alijs rationibus: et sumdamētis probatur hæc conclusio. **Pri-**
i. regimē. mo sic regimen ecclesiæ est monarchicum: a deo sic institutum: sicut sepe supra dictū est: patet quoniā hoc regimē est nobilius reputatum a philosofis: vt patet. ex viii. ethi. &c. in politi: etiam a theologis: et credēdum est: q̄ deus in stituerit regimē ecclesiæ suæ: in meliori genere regiminis: sed in principatu monarchico plenitudo potestatis non est apud omnes siue apud cōmunitatē: si: eut est in regimē politico: sed solum apud vnum. s. apud principem: quiso lus principatur: et præ dominatur; er-

go sequitur: q̄ institutione Christi plenitudo potestatis non sit data vniuersali ecclesiæ in omnib⁹ mēbris eius: sed tantū in uno: scilicet romano pontifice q̄ princeps ecclesiæ a deo institutus est: vt supra dictū est. probatur etiā quia hæc militans ecclesia est ad instar celestis: et triūphantis ecclesiæ: vt supra dī. Etum est secundum illud Iob: nunquid nosti ordinē celi: et rationē ei⁹ ponis in terra: et illā apocalipsis vidi Hierusalē nouam sanctā descendētē de celo. &c. Sed in ecclesia triūphantis sunt nouē angelorū chorū: et ordines in triplici Hierarchia: et unus sib⁹ altero: et tandem oēs sub uno capite: qđ est de⁹: et si alti⁹ veli m⁹ pscrutari: et ascēdere ibi est trinitas personarum: quæ reducitur ad unū: item essentia: ergo idē erit in ecclesia militante: vt sit ordo: q̄ unus sit sub altero et tandem omnes sub uno capite. s. roma no pōtifice: vnde philosophus dicit, q̄ in uno quoqz genere, est reperire vnuū primū: et supremū: q̄ est regula omnium aliorum sub illo genere contentorum: et hoc etiam facit: quōd papa sit supra concilium: et non cōtra. &c.

Secundo probatur etiam sic: confirmando rationem supra factam: si plenitudo potestatis esset: apud vniuersalē ecclesiam totā: sequitur q̄ nō est apud papam: consequēs est falsum: cū sit cōtra appertissima testimonia toti sanctorum patrum: vt supralate visum est: ergo et antecedens similiter est falsum: cū ex vero non sequitur: nisi verum probatur consequētia: quia secundū hoc apud totā multitudinē populichristianū: qui dicitur ecclesia vniuersalis: q̄ est collectio fidelū plenitudo potestatis resideret: sequitur q̄ principatus ecclæ esset politicus: et nō monarchicus;

2. proba,

& per consequēs in nullo quoniam in ipsa tota cōmunitate esset ponēda potestatis plenitudo; & cū hoc est falsum: vt patet ex supra dictis, ergo antecedēs proba. falso, &c. ¶ Tertio probatur sic: nūli cōmunitati cuius cura & regimē & gubernatio a superiori suo est cōmissa: alicui particulari est data potestas regi minis sui: & gubernatiōis, ista sunt nota: sed regimē vniuersalis ecclia: est cōmissū romonopōtifici: vt tota p̄clamat factorū patrum doctrina: ait enim beatus Gregorius ad Mauricium Imperatōrem cunctis euangelium scientibus liquet: q̄ voce dominica sancto & omnium apostolorū principi petro apostolo toti⁹ ecclia: cura cōmissa est: ip̄ si quippe dicitur: Petre amas me pāscē oues meas, ergo videtur: q̄ vniuersali ecclia: vt cōmunitati non sit data potestas toti⁹ vniuersalis eccliae regimēnis: sed tantum petro: & successoribus suis. ¶ Quarto cōfirmādo hāc rationē arguitur sic: illi soli videſt data potestatis plenitudo, qui solus est pastor totius gregis dñici: sed nullus alius, nec ipsa cōmunitas eccliae: quae est ipſe grec pascēdus: & gubernandus: ergo videtur: q̄ solus petrus: & eius successores sunt vocati a xp̄o, in plenitudine patestatis clauiū. ¶ Quinto probatur sic: impossibile est: q̄ invna: & eadē vniuersitate prelatus: & subditū habēat eandē plenitudinē potestatis: patet q̄a nō capit ratio: q̄ illud p̄ quod: quis constituitur superior: & prelatus aliorū: sit cōmune prelato & subditis in eadē plenitudine: sed i tota vniuersitate christiana romanus pontifex est p̄latus: & cæteri oēs alij fideles sunt subditī: vt in superioribus est demē stratiū: ergo cōcluē confir. sio vera. ¶ Sexto cōfirmādo p̄cedentē

rationē arguitur sic: plenitudo potestatis, quae ponitur in ecclia: aut est vna & eadē numero cū ea quae ponitur in papa: aut est alia diuersa: sed nō potest dici: q̄ sit alia: quia sic essent duæ suprēmæ potestates: siue plenitudines potestatis: q̄ esse non potest: tū quia qđ sup̄ abundat in vno quoq; genere vnuū tam est: tū quia pluralitas principatuū nō est bona: vt supradictū est: & habetur. xij. metaphi. tum quia duas supremas potestates nō patitur vnitas ecclie: neq; potest dici etiā q̄ sit vriā eadē potestas numero: quia sic tūc, necq; p̄cipiat superior: & prelatus eccliae: neq; ecclia possit dici superior ipso ro mano pōtifice: patet quia si par in parē nō habet imperiū: vt i. c. innotuit de electione: multe minus vbi cōstidētās potestatis. respōsio, autē quam ad hoc dant quidā aduersarij tenētes contraria conclusionē est: dicētes q̄ licet sit eadē potestas: quia tamē vt dicūt illa potestas est excellētiori modo, s. in variabiliter: & in obliquabiliter in ecclia: q̄ in papa ideo ecclia habet iurisdictionē sup̄ romanū pōtificē: nō eccliuero: neq; potest circa vñā & eandē potestatē numero: in vno & eadē subiecto pro cōdētē pōrcattēditalis comparatio: vt in vno dicat: esse excellentiōmodo quā in alio. ¶ Pratercā dato etiā: q̄ sit cū talis differētia puta esse invariabiliter: nō augear: neq; minuat potestatē ip̄sa: nō pōt ex talis differētia argui: q̄ vñus habeat iurisdictionē iūp̄mā sup̄ aliū: aliis quis sanctior esset: aut antiquiorē habebat potestatē in ecclia: diceretur maiorē habere iurisdictionē: q̄ est falsum immo inter cæteros errores loānis Hus cōdenatus, incōstantiē se cōcilio. ¶ Secūdū arguitur ex tota scriptura san-

Cta nō pōt haberi: qvniuersali eccliae
in cōmuni: siue in omnibus mēbris ei⁹
sit data plenitudo potestatis: sed magis
contrariū: ergo hoc nō videtur asserē-
dū: patet quia, vt ait Hieronymus q
de sacra scriptura firmitatē non habet:
eadē facilitate cōtēnitur: qđ probat. c.
inter corporalia de trāsla. prela. sed nul-
la scriptura inducit, hoc ergo. &c. er-
go verus est intellect⁹, qvniuersali ec-
clesiae datae sunt claves; nō in omnibus
mēbris eius: sed in aliquib⁹ mēbris: tñ
& plenitudo potestatis sit illi in vno
mēbro tantū p̄cipiali: qđ est caput in
corpo rē: qui est romans pōtifex; in ec-
clesia dei: ita dicim⁹ claves datae eccliae
vniuersali: vnde de potestate ligādi: &
soluēdis solis sacerdotib⁹ est pmissum:
& Hieronymus: vt habeat in glosa Ma-
thæi. xvi. c. datae sunt claves eccliae in
ep̄is: & sacerdotib⁹ de potestatis vero
plenitudine dicūt sancti doctores: q̄ so-
li Petri data sit: & in eo romano pōti-
fici ei⁹ successori. c. decreto: &. c. ad ro-
manā. iij. q. vi. c. ad honorē d̄ auctorita-
te: & vsu palij. Pro cuius intellect⁹ ple-
niori notitia sciendū est: q̄ potestas cla-
uiū: vt colligis ex apostolo tā. i. ad co-
rithios. xij. q̄ ad Ephesios. 4. Ponitur
int̄ gr̄as gratis datae q̄s xp̄s dedit cor-
pori eccliae: vnde ait: dedit q̄sdā pasto-
res: &. c. gr̄ae aut̄ gratis datae nō sunt ita
datae corpori eccliae q̄ oībus eccliae mē-
bris sint distribuita: sed q̄bus dā tñ aliq̄
& alij saliae: vnde ait apostol⁹. i. ad cori-
thios xij. diuisiones gr̄arū sunt; idē aut̄
sp̄us vbi dicit glosa: hic gr̄as appellat di-
uersos gradus: & ordines q̄s sunt in offi-
cij eccliae: & ultra dicit apostolus ibi
posuit qđē deus in ecclia primū apo-
stolos: secūdo doctores: deinde ȳtutes
& ex inde ḡas curatiōis: op̄itulatiōis:

gubernatiōes: ḡna linguarū: nūqd oēs
apostoli: nūqd oēs pp̄heta: nūquid
oēs doctores: nūqd oēs ȳtutes: nūqd
oēshabēt gr̄as curationū: nūqd oēs in-
terpiātur: q̄s dicat nō: & ad romanos
xij. postquā dicit: multi vñ corpus su-
mus in xp̄o: singuli aut̄ alter alteri⁹ mē-
bra sequitur habētes donationē sc̄dm
gratiā q̄ data est nobis differēter: siue
prophetiae, sc̄dm rationē fidei siue mi-
nisteriū glosa ecclasticū habentes in
ministrādo. glo. assidue q̄ docet in do-
ctrina: &. c. cx q̄bus verbis apostolima-
gnis festū habetur primo: q̄ huius medi-
gratiā nō infundūtur: singularib⁹ mē-
bris eccliae cōmunes: secūdo q̄ huius
modi gratiā infundūtus singularibus:
mēbris eccliae particulariter: nō autē
vniuersitatia: aut cōmunitati mēbrorū:
nullus em̄ doctus ignorat: q̄ taliū gra-
tiātū subiectū capax nō pōt esse cōn̄ u-
nitas. ¶ Præterea notandū est qđ pro-
pter vnitatē ipsorum mēbrorū in ipso
corpo eccliae ipsum corp⁹ eccliae
dicitur: s̄apē recipere; habere, & exer-
cere: siue op̄ari q̄ officialia mēbra sua:
vel aliquid etiā oīm mēbrorū recipit
habet: vel operatur; licet illud tale cōue-
uire nō possit toti vniuersitati mēbro-
rū: nec proprie veraciter dici posset de
ea: sed taniū per figurā: s̄inedochē, de
nominādo totū a parte: sicut in corpo-
re naturali hominis exēplū est manife-
stū: homo chrispus dicit: vel Flaus: vel
rube⁹ licet Crispitudo: vel rubedo: vel
caluicies vniū mēbro hoīs. s. capititū
insit: ita sim: liter reperit, i corporib⁹ p-
s. militudinē dictū: plura nāq̄ attribuū
tur vni populō licet teto non conue-
niant: sed iā tum aliquibus illius popu-
li: vnde glosa ordinaria: sup illud apo-
stoli. i. ad Corinthios. x. c. sedit popu-

Ius māducare; dicit sic populus, id est, quidā de populo totum pro parte ponit; sic in proposito propter vnitatē in ecclesia corpore multa quae quibusdā tantum conueniunt: attributa leguntur toto corpori ecclesiae; vt potestas ministerialis clavis, ligādi; & soluēdi a peccatis quae solis sacerdotibus conuenit; & in quibus subiectiue; & dispēsatius esse potest; dicitur data ecclesia: cuius membra sunt ipsi sacerdotes; vnde Ambrosius vbi supra: ius ligādi, & soluēdi habet ecclesia; quae veros habet sacerdotes; & similiter de alijs actibus; vnde archidiaconus super. c. eccliae charitatis de conse. dist. tertia dicit: quod ecclesia dicit facere: quod eius ministri faciunt secūdū instituta; puta parbulos baptis- mo offerre: baptizare; p̄ctā dimittere; p̄pter prefatā etiā vnitatē corporis misericordi non solū ecclesia dicit habere illud; q̄ singulariter plati habent in ecclesia; sicut claves; & plenitudinē potestatis; quā solus papa habet; sed etiam quod Christus ecclesia ipsius principale caput habet; vnde Augustinus tractās il- Iud apocalypsi. s. .c. qui vicerit; & seruat opera mea usq; in finē; dabo ei po- testatē sup gētes; & reges eos, in virga ferrea; & sicut vas figulicōfringes eos; sic & ego accepi a patre in eo; dicit sic in Christo habet ecclesia hāc potestatē; sicut dicit apostolus: cū illo oīa nobis donauit; vbi cōsiderandū: q̄ cū aliqua legūtur attributa ecclesia; est aduerten- dū respectu quorū, vel respectu cuius illa talia atr̄ibuitur ei cū nō omnia om- nibus conueniunt; sed quādā quibusdam; quādā alijs; & quādā vni. c. intel- ligētia verborū de verbo, signi, lex pte- nū. s. equitij, ff. de usufru. & habi. alias faciliter aliquis posset errare; vnde val-

de conueniēter notāda venit in hoc lo- co ī la regula: qua p̄ponit: in gloria P̄ sal- mi. xvij. q̄ originaliter est, beati Augu- ni dicētis: autē de regulā vnitatis: & cor- poris: quasi ēm vna p̄sona est caput: & corpus: id eo q̄ vna voce uti, caput cū mēbris: sicut ea q̄ dicit addiuersa refes- ratur: quādā enim soli capitū conueniūt quādā solis mēbris: itē quae mēbris cō- ueniūt: quēdā preteritis: quādā presen- tibus, quādā futuris, quadam pfectis quādā imperfctis cōueniūt: & tamen in iāta diuersitate vna vox est: & quasi vna p̄sona logiq̄ videtur: ex quibus ma- nifeste patet. qualiter intelligendā ve- niunt oēs auctoritates sanctorū dicen- tib; q̄ ecclesia catholicā datæ sunt cla- dū est, q̄ nes: quia non quidē in ipsa cōmunitate ecclesia- siue multiitudine mēbrorum; sed in ali- quibus tantū, s. in principalibus mem- bris, s. episcopis: & presbyteris: & pre- latis; vt ait Hieronymus. & in istis p̄ut in singulis; vt nō in collegio: vel vniuer- sitate: & ita euā intelligit magister in. 4. sententiariū distin. xvij. & ibi de cōfessores theologi: nec ad m̄itī da est pertinacia eorum qui dicunt omnia dicta Petro: & apostolis trahēda sunt ad ecclesiam ad intellectū: videlicet qui conueniat cōmunitati ecclesia: quoniam mul- ta dicta sunt a Christo, Petro, & apo- stolis, quae nullon cōmunitati pos- sunt ipsi cōmunitati ecclesia: neq; euā singulis membris fidelibus: non enīm potest cōuenire vniuersali ecclesia: aut alijs fidelibus illud quod Christus ait, Petro Mathai, xvi, c. biūs es Symon bariona: ga caro: & sanguis non reue- lauit tibi, &c. Item neq; potest trahi ad ecclesiam illud Lucæ, xxij, tu alii quando conuertis confirmā fratas tuos; item nec illud Iōanis: pasce oues

meas; ecclesia enim grex est nō pastor; Itē neq; pōt referri ad ecclesiā illud: q̄ dictum est apostolis Mathæi. v. c. vos estis sal terræ; vbi inquit beatus Hylarius, apostolorū designatur officiū; unde ait glosa sunt apostoli sal terræ. i. hominū terrenorū; qui amando terrā terra vocātur; & Hieronymus dicit sal dicūtur apostoli; quia p̄ illos vniuersum hominū genus cōditur. ¶ Itē neq; pōt referri ad ecclesiā illud Mathæi. xix. Amē amē dico vobis; vos quiseuti estis me in regeneratiōe cū sederit filius hominis. &c. vbi licet vt dicit Augustin⁹ li. xx. de ciuitate dei p̄ numerū duo denariū significatur vniuersa multitudo iudicatiū; huius nō sunt cēs fideles; sed vt idē Augustin⁹ dicit, illi intelliguntur; qui ppter euangeliū sua oīa dimiserūt; & secuti sūt xp̄m. ¶ Itē neq; pōt referri ad vniuersitatem ecclesiæ il lud. venite post me faciā vos fieri pescatores hoīm. ¶ Itē neq; illd Lucæ. xxij. hoc facite in meā cōmemorationē, per q̄ verbū apostoli dicūiur factisacerdos tes, neq; pōt cōuenire illd Ioā. xx. quoru remiseritis pēta remittūtur eis: qm̄ sicut supra sufficiēter ostēsum est potestas ligādi; & soluēdi a peccatis: nec em nibus fidelibus; neq; ipsi cōmunitati ecclesiæ modo p̄dicto data est; Itē neq; illd Mathæi. xvij. qcū q̄ ligaueritis. qm̄ potestas hæc nō est data ecclesiæ, in omnibus eius mēbris; sed vt inquit, glosa in episcopis; & presbyteris: & illa non pōt referri ad ipsā cōmunitatē ecclesiæ co modo. ¶ Itē nō pōt referri ad cōmunitatē ecclesiæ illud Mathæi: vlti. c. eūtes docete oēs gētes, clarissimū autē est quod officiū docēdi: & baptizādi: nō conueniūt toti ecclesia; nec isti sunt actus; qui omnibus fidelibus conue-

nūt. ¶ Item neq; illud Ioānis. xx. sicut misit me p̄r: & ego mittō vōs: licet em̄ apostolis, hoc dicūtū sit; & successorib⁹ qui dicūtū fungilegatiōe xp̄i: deriso riū tñ videretur; ad cōmunitatē ecclesiæ hoc esse referrēdum: ita q̄ xp̄s vniuersalē ecclesiā miserit ad predicandū: sic de multis alijs falsum esse apparet di cere: q̄ oīa, quaē apostolis dicta sunt; referēdasint ad ecclesiā; tanquā toti cōmunitaticē cōueniant, & ad probatiōnē primā: quādo dicitur, q̄ quaē dicta sūt apostolis oportet intelligi de successōrib⁹ cōcedo hoc maxime: de pertinetib⁹: ad officiū apostolatus aut veritatis doctrinā; vel tollerantia passionū: q̄ vero dicitur; ego vobiscū sum usq; ad cōsummationē seculi: premisi m̄ esse vniuersali ecclesiæ nullus dubitat: sed ex hoc non sequitur: q̄ ea q̄ dicta sunt apostolis p̄tinētia, ad potestatē: siue ad officiū apostolicū, sint cōmunitati ipsi cōmunitati ecclesiæ: siue vniuersitati: siue oībus fidelibus similiūctis: & cū dicitur: q̄ ea q̄ dicta sunt Petru non habet illustrēm intellectū; nisi cum referūtur ad ecclesiā: respōdetur q̄ hoc nō sic est accip̄ēdū: q̄ talia dicta petro, ad auctoritatē: siue potestatē clauiū exp̄cta nō ipsi cōmunitati ecclesiæ cōueniat: vt cōmuni: vt aduersari p̄tendunt: q̄a vt supra ostēsu est: hoc nō est possibile: sed intelligendū est sic: q̄ ea q̄ dicta sunt petro importātia auctoritatē: vel potestatē: non habet illustrē intellectū, nisi eiā ad eius successores p̄ totū ecclesiæ discursū referant: & hoc verissimū esse supra ostēsum est: & licet vocēiur claves ecclesiæ: vt in. c. i. desū ma trinitate: & fide chatholica: nō p̄ hoc dicunt vniuersali ecclesiæ claves: sed q̄a p̄ illas p̄andit & claudit adiutus ecclesiæ: sicut claves

porta castelli, non pro hoc dicuntur vniuersitati datae: sed dominus vel custodi, qui gerit vice domini, prout papa vice Christi: vel dicuntur claves ecclesiae: quia ad salutem ecclesiae petro per Christum concessar vel quia fides Christi multum operatur in eis: quemodo etiam sacramenta dicuntur ecclesiae. ¶ Ex predictis ergo remanet firma: & indubitate concilium statim papa claves ecclesiae non sunt datae ecclesiae: ut vniuersitati: vel collegio, nec singularis eius membris: ut coniunctis: nec singularis: ut singulis: sed tantum sunt datae petto: ut capiti, & successoribus eius: & ab eo, & successoribus eius diriuantur in principalia membra ecclesiae: hoc est in episcopis presbyteris, & prelatis: ut supratenore ostenditur est: & sic intelligendum est: quod notat abbas panormitanus in c. significasti de ele. & in c. tata de exce. prela, & in alijs locis. ¶ Patet etiam ex omnibus supra dictis firma, & vera conclusio pro papa habet supremam potestatem, & iurisdictionem, & primatum totius ecclesiae vniuersalis: & habet potestatem, & iurisdictionem supra concilium generale & non contra: nisi in duobus casibus tantum: videlicet quando papa est hereticus: vel suspectus de heresie: tunc enim concilium est supra papam: & potest eum iudicare: & deponere: vel quando duo vel plures electi in discordiam contendunt supra papatu: & non constat quis eorum sit verus: & indubitate papam: & canonice electus: de quibus duobus causibus ultra superius dicta tenet abbas in c. fraternitatis de hereticis: & in d. c. significasti de electio. & doctores in c. in fidei fauore de hereticis. li. vi. & istam etiam conclusionem ultra preditos doctores theologos: & canonistastenet beatus Antonius archiepiscopus Floren-

tinus in 2. parte: sue summae titulo tertio o. c. xvi. ubi ponit de scismate: & multi instat pro Eugenio papa contra concilium Basiliense: & hanc etiam conclusionem tenet petrus de monte episcopus Brixensis in libello de potestate papae: & concilio: & Andras siculus barbatia in cle. ne romani electio. colu. xvij. ubi multa adducit in fauore huius partis & refert alios doctores: ita tenere: & haec etiam parte videtur tenere: & firmare doctores sancti antiqui loquentes de primatu petri. Cyprianus libro. 4. epistolarum ad purpianum: & li. 1. ad Cornelium, Origenes Homilia prima super Mathaeum biius Hieronymus li. primo contra pelagianos: & super Matheum. 16. c. Ambrosius sermone. xlviij. Augustinus contra Donatistas, Chrisostomus super Matheum Hylarius super eundem Mathem Lc. pa- pa sermone. 3. de aniversario die suae assumptionis Gregorius in moralibus: & in registro ad Mauritium Cirillus. 1. ca. xij. super Ioan. concilium Calcedonense: Cyprianus de simplicitate prelatorum Hieronimus in sermone de petro ad Eustochium. Ambrosius in sermone de penitentia: & de fide Petri Chrisostomus super Ioannem Augustinus in quaestib. noui: & veteris testamenti. q. lxxv. Leo in sermone de ascensione domini: Gregorius in Homiliis Dionisi. c. 3. de diuinis nominibus athanasius in epistolis ad Marcum liberum: et Felicem in quibus abunde probat primatum Petri: Eusebius Cesariensis libro 2. c. xiiij. historiae ecclesiasticae. Valentianus: Martianus, phoca, Iustianus Imperatores: titulo de summa T: initate: & fide catholica. C. et iste est quasi articulus fidei: unde contrarium tenetes non careret scrupulo suspicionis hanc

resis si hoc pertinaciter asserant.

Ex determinatiōe predicti articuli:
& cōclusiōis: q̄ papa habeat supremā
potestate: & iurisdictionē: & primatū
super totam ecclesiam: & concilia om̄
nia ḡnalia inferuntur multa correlaria

Primū **P**rimum correlariū est: q̄ cū appellatio sit de minori ad maiore iudicē, p̄ uocatio: vt in lege. 1. 4. si quis a iudice. ff. de appe. c. ij. de cōsuetu. li. vi. a sentēcia cōciliij ḡnalis potest appellari ad papam: cum sit iudex supremus: & supra conciliū: & non econtra: qm̄ a sentētia papae nō potest appellari ad cōciliū generale: quia esset contra naturam: & substantiam appellationis appellare a maiori iudice ad minorem.

. corre. **S**ecundū correlariū: q̄ cū papa nullum superiorē habeat interris: & sit vicarius dei: a papa seu eius sentētia non appellatur ad aliquē hominem mudi: nec ad concilium ḡnale. c. cuncta per mūdum: & c. nemo, & c. aliorum. ix. q. 3. c. nolite. xi. distin. c. ad romanā: & c. si quis: & c. omnes. ij. q. vi. c. apostoli cæ. xxx. q. ix. & hac ratione videtur dicēdum: salua tamē premissa correctio ne sanctæ matris ecclesiæ: q̄ non poterit etiam appellari ab eo ad deum: cum sit idē tribunal: & idē consistorium dei & papae eius vicarij argu. c. non putamus de consuetu. li. vi. & non videtur ista ratione tenere appellatio interpolata a papa ad deum. ita tenet collecta rins in regula quæ multoties de reg. iu. sed hoc iuditio meo, non est vere: in vis delicit: q̄ a sentētia papae non possit appellari ad Christum: quia secūdum hoc sequeretur vnu absurdū: q̄ Papa nō haberet superiorē in celis: sicut nec in terris: quod est falsum. item de rogaretur potestati xp̄i: qui est constitutus

iudex viuorum: & mortuorum. vt in actibus apostolorū: & quia pater omn̄e iudicium dedit filio secundum veritatem euangelicam: & secundum illud Psalmi. lxxi. deus iudicium tuum regida: & iustitiam tuā filio regis: & ideo sententia collectarij non videtur vera: quia licet papa nō habeat superiorē in terris habet tamē in celis: & licet sit vicecarius xp̄i: & sit idē consistorium & tribunal papæ: & xp̄i: nihilominus superior est xp̄s: q̄ negare esset hereticū: & non valet argumētum de vicario episcopi: & ep̄o a simili propter absurditatem: & falsitatē euitādam. **E**t persupra dictam rationem dicēdum est: q̄ a sententia papae ad conciliū plenarium in quo ipse presidet cū concilio nō potest appellari, necq̄ contraria sentētia papae: & cōciliij: quādo papa presidet cōcilio nō potest appellari ad papā: quia siue papa presideat concilio: siue sit solus: sine concilio ipse est: qui habet plenitudinē potestatis: & eadem potestas est papae presidētis cōcilio: quāx este eiusdem extra cōciliū: cum ipse solus habeat plenitudinē potestatis: & oīa potest, peccato excepto: & dummodo contra fidē nō veniat: in oībus per omnia facere potest: & dicere qd sibi placeat auferēdo ius suū cui vult: quia non est qui dicat ei cur ita facis. c. immemorā xix. dist. & apud eū est pro ratione voluntas: & q̄ ei placet legis habet vigorem insti. de iure natur. gen. & ciui. &. sed quod principi. potest etiam ius tollere: & supra illud dispensare. c. proposuit de conce. prebē. & habet celeste arbitriū lex. i. C. de summa trinitate: & fide catho. & potest quadrare rotūda: & rotūdare quadraia: & eius potestas nullis limitibus restringitur: alij vero

Et de eius auctoritate & potesta

Pagi.lxxvij.

prelati vocati sunt in partē sollicitudinis, c. decreto, 2. qua siōe sexta, c. ad honorem de auctoritate; & vsu palij; & idco talis appellatio a sentētia papæ ad plenariū concilium; in quo papa presidet; vel ecōtra; appellatio a sentētia cōciliij cui papa presidet; nō valet; quia de eodē tribunalī; & cōsistorio ad idē videtur; interposita; q̄ est contra naturā appellatiōis; vt supra dictū est; nec obstat huic, c. a collatiōe de appella. li, vi. q̄aibi episcopus erat capi. tanq̄ canonicus; & nō tanquā episcops; & diuersa est potestas ep̄i; vt ep̄i vel ep̄i ut canoci; & ideo nimirum si a collatione ep̄scopi; & capituli, quādo ep̄scopus interest in capitulo; vt canonicus appelleatur; ad ip̄m ep̄scopū solum; tanquā superiorem; & sic respectu diuersa potestatis diuersum est ius; non autē sic est in papa; quia siue presideat concilio; siue non semper est caput ecclesiæ; & cōciliij; & superior; & vicarius Christi; vt supra dictum est late; nō obstat huic, c. sententiam & c. veniā. xxxv. q. ix. vbi sentētia papæ in melius reformatur; & c. tū ex literis; de integ. resti, c. cū olim de re iudi. cum similibus; nā per ipsum papā vel successorē eius possunt in melius reformati; sed non per alium; vel p̄ viam appellationis; quia non est cōueniens remedium; sed ista reformatio fieri ex mero officio summi pontificis; vel p̄ viam supplicationis; prout ipsi videbitur; & ita procedūt cōtraria. hodie autem est quædā extrauagās papæ p̄j se cūdi facta in dicta Mantuana: cōtra appellantes a sentētia papæ ad futurū cōciliū; q̄ sūt suspecti de hæresi; & ita etiā determinauit Augustinus de Ancona intra statu suo de potestate ecclesiæ.

5. corre. **T**ertiū correlariū est; q̄ decreta; vel

statuta concilij generelis; etiā cum clausula decretiū ritantis; nō ligat papa; & q̄ tenus cōtra papā; expressè dirigerentur; non valeret talia statuta; vel decretū in preiudicium R̄mani pontificis.

Inseritur etiā quartum correlariū; q̄ 4. corre. licet statuta; & decreta cōciliij difficult̄ tollatur; quā alia iura. c. q̄ quis. xxxv. q. ix. c. post translationē de renuncia. papa tamē constituta concilij seruare nō teneat; sed illa potest; in totum tollere cōtrarium statuendo. c. subdiaconus; & c. sequēti; & c. episcopis. lxxvi. dist. quae sunt iura concilij; & tamē tolluntur; per clementinā generalē de æta. & q̄lita. c. nō nulli in principio de rescrip. qđ est conciliū; & sūt mutatum per. c. statutum. s. c. cum vero eiusdem tituli libro sexto; & hoc probatur; in capitulo significasti de elect. & ibi glo. & in c. vbi piculū in principio; & ibi glcsa de electio. li. vi. & in clementina ne R̄ma. ni; & ibi glosa; & doctores.

Inseritur quintū contra talia statuta cōciliij potest Papa dispēsare; & hoc sine dubio; vt volunt cōmuniter doctores indicto c. nō nulli in principio archidiaconus; & geminian⁹ in. c. p̄mo de cōsti. li. vi. Icā. Andrat; in. c. vno de excessib⁹ prela. li. vi. licet inferior a papa nō possit tegulariter cōtra concilia dispēsare; vt tenet glosa; in cle. i. ī verbo eligaſ; de electio. notatur in. c. cū dilecti cōdētitulo; & faciūt notata postglo. & innocentium in. c. ex parte de cape. monacho. & in c. ēate de eta. & q̄li; & c. cum dilectus de cōsue. super glosa in verbo etate; & ibi abbas.

Inseritur sexū; q̄ licet cōci 6. corre. liū possit statuta facere; vt. c. ex multis i. q. 3. c. si quis omnē. i. q. vi. c. virginis xx. q. 3. etiam circa fidem. c. i. & c. sicut xv. distin. & circa vniuersalem statum

ecclesiae, & reformationē eiusdē.c.sane
lxv.dist,& notat archidacon⁹.xvij.dist.
in principio & in.c.funt qdā.xxv.q.1.&
circasacramēta;vt ponit idē archi.in.c,
porro.lxvi.distinctio:& circa matri-
monium.c.ad sedē.xxxv.q.v.c. nō de-
bet de consanguini:& affi.& cēsuras pro-
ferre.c.certum.xi.q.3.& super electio-
nibus statuere.c.1.&c.cū in cunctis de-
electio .& multa alia potest facere ,&
statuere:tamē hoc est intelligendum in
concilio plenario congregato auctorī-
tate papæ:vel cui p̄ est papa: vel cui pa-
pa interponit suam auctoritatē alias ge-
sta in eo nullam haberēt auctoritatē.c.
1.&c.mutis.xvij.dist,cū alijs:& ideo
cum habent presentiam:& auctorita-
tem papæ generaliter fatēndum est : q̄
potest concilium generale:statuere cir-
ca omnia circa q̄ papa: potest statuere:
dum modo, non in preiudicium sedis
apostolicæ gñalis em̄ approbatō : vel
auctoritas papæ ad huiusmodi statu-
ta:vel decreta in preiuciū sedis aposto-
licæ : vel contra eius per rogatiuā non
trahūtur.c.ij.de offici.vica.li.vi.c.1.de
iureiurando co li.c. veniētes de iureiu-
rant. ¶ Infertur:septimū. q̄ papa non
solum in congregando conciliū debet
auctoritatē interponere per totā. xvij.
distin. sed etiam illud poterit dissolue-
re post quam est legitime congrega-
tum : vel etiam de loco ad locū trasser-
re ex quo est superior conciliorum,vn-
de Eugenius quartus papa in bula re-
vocatoria: conciliū vasilensis : folio. c.
lxxxv.sic dicit nam:& sīcā non constā-
ciēsis conciliū q̄ incipit frequens:ab ipso
cōcilio editus : & a felicis recordatiōis:
Martino predecessor nostro: non im-
probatus locum mutare: vel tēpus in-
ceptionis conciliū pro rogarc nobis:sī-

ne conciliū cōsensu prohiberivideatur:
non tamen debet: sic abusue interpre-
tarī: vt causa eminēti nobis etiam solis
adempta fuerit circa loci mutationem:
vel temporis pro rogationem dispen-
sandis facultatem;tum etiam si a Marti-
no editus extetisset: nō esse: ve esse de-
buisse prohibentis intētio:quæ succes-
soribus suis nullum potuit: in hac par-
te preiudicium generare pari post ip-
sum immo eadem potestate functuris:
& infertur prout est secūdum omnia
iura:in hac parte conciliū inferius sum-
mo pontifice papamq̄ ipsis superiorē
nequit soluere:ve ligare,sed nos in his
concilio superiores ipsum possumus
prolibito regulare : nā hoc de iure no-
tissimum est: q̄ possimus quæcunq̄
statuta decreta declarata: siue sancta
per quoscunq̄ predecessores nostros : vel
per quæcunq̄ concilia dum modo: in
ipsis fidei fundamenta non existat: siue
ex hoc vniuersalis ecclesiæ bonū prin-
cipaliter:nō turbetur,vt vicarius chri-
sti:& irreprehensibiliter pro nostro a-
mouere: & corripere libito volūtatis:
& contrasentire : non esset longeum
ab hæresi:velle ligare manus vicarij Ie-
su christi:& interris de legati:siue eius
gesta iudicare:ve improbare: quod sa-
cilegij crimē habet,vt patet per supra-
dicta:& vult glosa,in.d.c.vbi periculū
&c.significasti: & facit regula vulga-
ris omnes res p̄ quascunq̄ causas:&c.
& regula in.l.nihil tam naturale eius
de tituli,ff. dum tamen ex tali mutatio-
ne:vel dissolutione:vel translatione con-
ciliū nō sequat scādalū ecclesiæ: nā tunc
nō posset talia facere:vel si emineret pi-
culū fidei: et si faceret nō esset ei obtēpe-
rādū verbi gratia ponamus: q̄ cōciliū
esset congregatū ad tractandū: & iudi-

candū de hæresi papæ incerto loco: & papa vellet conciliū dissoluere; vel mutare; vel transferre ad locū: vbi cōcilio nō esset libera vota: vel nō pateret tutus a cœsus; puta ad terrā: vbi papa habet magnū potentatū: & fabore, certæ hoc casū: non posset dissoluere; vel mutare; vel trāsferre concilium: quia esset diludere tā sanctam prouisionē: quam ad inuenit spiritus sanct⁹, ad subueniē dū laboranti ecclesiæ: siue propter hæ res in sūmī pōtificis: in aliquo discrimi ne: quæ illusio: & variatio, etiā in mino ribus reprobatur: a iure cle, cū illusio: de renuntia, c. cōmissa, &c. porro de ele ctio, li. vi, verū tamē est q̄ conciliū con stantiē se: in. 4. &c., sessione, & vigesima octaua tenēt: q̄ concilium generale vniuersalē ecclesiā representans habet potestatē immediatā a deo: etiā supra papā: & quēlibet alterū. Et q̄ conciliū generale vniuersalē ecclesiā represen tans actu legitime congregatum super declaratis in p̄fata veritatē: aut aliquo eorū sine eius consensu: nullatenus au thoritatue pōt dissolui: aut id aliud tē pus prorogari: & dicunt predicta cōci lia: q̄ hæc sunt due veritates fidei ca tholicæ: & predictis duabus veritati bus pertinaciter: repugnans est hereti cus cēsendus: sed ad adicta duo cōcilia potest responderi: q̄ habet locū: & lo quūt: in illo casu speciali: in quo illa duo concilia fuerunt congregata: vide licet in causa scismatis: quia tres ponti fices fuerunt electi in discordia. s. Ioannes vigesimus tertius: & Eugenius q̄r tus, alias benedictus duodecimus. & Gregorius. xij. & nō apparebat: quis eorū esset verus: & indubitatus Papa: & canonicae electus: sed omnes contē debant: super papatu: & quilibet eorū

pretēdebat: se papā: & in hoc casu oēs fatentur: q̄ concilium generale: habet potestatē immediatam a deo: et habet iurisdictionē super eos qui prefēdunt sc̄ pontifices: et potest cassare: et repro bare electionē eorum: et eos deponere: et alium eligere: sicut in casu hæresis: vt supra ostensum est. Vel potest dici: quod illa concilia: non sunt in omnibus: et per omnia recepta: et approba ta: vt tenet filius: in c. Rodulph⁹. xix. colū. de rescriptis versi. Sed re vera, et beatus Anthonius archiepiscop⁹ Flo rētinus, in secunda parte tertiae partis. suæ summæ. titu. xxvi. c. vlti. & sic for te in his duobus decretis: non fuerunt recepta, necq; approbata: vt patet: q̄ Martinus quintus, in reprobatione er rorū, Ioannishus bohemī dānat: hūc articulum. Vel potest aliter dici: quod ibi imminebat magnum periculum si dei: et scandalum vniuersalis ecclesiæ: propter magnum, et diuturnum scis ma: quod tūc euigebat: et ex contētione illorū electorū: quo casu cōciliū: non potest dissolui: necq; trāsferri de lo co ad locum: vt supradictū est: vel quādo sine causa ratiōabili: vult Papa dis soluere, vel mutare, vel trāsferre illud, & hæc sufficient dixisse, de concilijs ge neralib⁹, & eorū auctoritate. ¶ De cō cilijs pro vnicialibus: & sinodalibus: & quis modus, in his seruari debeat ponitur: in concilio constanciensi ses sione. xv. explicit tractatus de concilio generali: et de eius auctoritate: & & potestate, ad laudem Dei omnipotentis: et beatissi mæ virginis: et beati Petri apostoli: et suorum successorum.

ATTAMEN.



EC omnia supra di
cta in materia conci
liorum generalium
collegi ex varijs, &
diuersis locis, tan iu
ris canonici; quam
cuiam sacrae scripturæ summo cū labo
re, & studio, & multis vigilijs: quia vo
luntarios labores appeti. vt alijs quie
tem preparē: & mihi laudē & honorē.
Potest etiam hic queri de quibus re
bus: sit proponendum, & tractandū: in
concilijs generalibus: & dicendum est
breuiter quod proponendum; & tra
ctandum est de reformatione: & corre
ctione ecclesiæ vniuersalis: tan in capite
q[uod] in membris: in capite videlicet: de Ro
pontifice: qui est caput ecclesiæ vniuer
salis: vt supra habitum est, si est hæreti
cus: vel suspectus de hæresi ipsum iudi
cando: & deponendo. si est symonia
cus: vel notorius criminosus: ita q[uod] scā
dalizat vniuersā ecclesiā ipsum monē
do: et corrigēdo charitatively modis de
quibus supra: vt in.c. si papa: cū glo. xl.
distin. similiter etiam de cardinalibus:
qui sunt pars corporis eius: vt in.c. fœ
licis de pe. li. vi. et.c. per venerabilem
qui sili sint legi; et sunt capitulū eccl
esiæ Romanæ cle. ne Romani de elect.
et similiter de patriarchis archiepisco
pis abbatibus: et alijs prelatis: inferio
ribus a primo usq[ue] ad in finum et vlti
mum: & de omni. clero. qualiter unus.
quisq[ue] se habeat in ordine suo: et digni
tate: similiter de Imperatore: et de om
nibus regibus: & principibus christia
nis. c. ad apostolicæ de re iudi. libro. vi.
& cle. pastoralis de re iudi. de omni-

bus alijs membris ecclesiae inferiori
bus: debet etiam proponi & tracta
ri de spectantibus ad fidem de dubijs
occurrentibus illa determinando: &
declarando: decensuris et poenis ee
clesiasticis: de solutione decimarū de
beneficijs: et dignitatibus ecclesiasticis
et pluralitate ipsorum corrigēdo: et re
formando pluralitatē ipsorum; dispo
nendo et statuendo: quod scrūetur fa
tri canones circa id editi: et cōditi: et si
opus fuerit novos statuēdo. conde
nando: et anamazando no vos erro
res: et hæreses in surgentes: et pullulā
tes poterit etiā tractari: et proponi de
aliquibus scriptis: et libris doctorum
nouiter editis: et etiā antiq[ue]s. et de alijs
scripturis approbandis: vel reprobā
dis etiam si sint sanctorum doctorum:
ad fidem catholicam pertinentes: vt in
c. sicut. xvi. distin. et similiter etiam de
bet proponi: et tractari de alijs rebus ar
duis: et tan gentibus vniuersalem sta
tu ecclesiæ: vt in.c. maiores de ba
ptis. de quibus omnibus non
potest certa regula necq[ue]
doctrina dari: necq[ue]
etiam possunt
singulæ ex
plica
ri: sufficiat: supra dicta
dixisse gratia ex
empli.

**FINIS TRACTA
TVS.**

TRACTATUS DE IUBILEO.



VIA sedes Apostolica frequenter continevit iubileū cōcedere; & nostris maxime temporibus; quibus multū liberalē se ostendit in dispensatione; & distributione huiusmodi inestimabilis thesauri ecclesiae: prout quotidie nřis oculis videmus: licet multi Doctores de hac materia late; & copiose scripserūt: premaxime Joannes de Anania archidionensis Bononiensis in breui tractatu de iubileō: quē fecit post titulū de criminis falsis: sub rubrica de sortilegijs: ubi p̄ qua uor tantū columnas: hanc materiam breuiter & succinte explicauit & Ioannes Franciscus de Pauinis: super extra uaganis Bonifacij pape octauij: incipie te antiquorum habet fida relatio: sub titulo de pœni. & remissio. & doctores. in. c. ad liberat. dā deinde. & c. qđ auē. & c. cū ex eo &. ca. nřo. de pœni. & remissio. & theologi. in quarto sententiarū disti. vigesima per totā distinctionē: & in pluribus alijs locis: & per Felinū sandeū in sermone de indulgentia plenaria: incipit hodie mecum eris in paradiſo. Ego tñ minimus & nouissimus inter iuris professores decreui hanc materiam iubilei pleniori & clariori stilo explanare: prout igenioli mei vires suppetunt. quā per sequentes questio- nes. vel mēbra sequētia examinādam duxi. ¶ Quorū primū est qđ sit iubileus. ¶ Secundum vnde dicāt iubileus. ¶ Tertiū vnde habuit ortū iubileus. ¶ Quartū quā sunt necessaria ad cōcedendū: & conseqwendū iubileū: ex parte dantis & recipientis. ¶ Quintū

quis sit effectus iubilei. ¶ Sextum an sit aliqua differentia inter iubileū & inter indulgentiā plenariā seu plenissimam: & sublequēter aliquæ aliae questio- nes accessoriæ ad examinationē materiæ adficiuntur.

¶ Circa primū dicendū est secundum Ioannē de Anania in dicto partio tractatu: qđ iubileus est peccatorū oīm remissio cunctis habitatoribus terræ cōcessa; in anno quinquagesimo: vel est quidam animi cantus voce cōfusa p̄ gaudio: vel qui verbis explicari non potest p̄nimiō gaudio: vt dicit glo. in clementina si dñm de relinquis & ve- ne. sanctorū verba diffinitiōis sunt cla- ra: ideo enim dicit remissio oīm p̄ctō- rū: quia per iubileū remittunt: oīa pec- cata: tā mortalia qđ venialia: precedēte contritione: & cōfessione: & remittun- tur pena: hic & in purgatorio soluēdā & penitēciā iniunctā & iungendā: vt infra apparebit: facit ad hec cle. . de pœni. & remi. ibi a culpa & a pœna & ibi gl. quā dicit: qđ illa est plenissima re- missio: qđ dat in anno centenario: ideo dicit cunctis habitatoribus terræ con- cessā: quia oībus generali conceditur contritis tñ & cōfessis & faciētibus: id qđ in forma iubilei continetur: non sicut cæteræ indulgentiæ particulares: quā cōcedunt limitatū tempus indulgen- tiæ: puta cētū annos: vel mille vel simili- lia: ideo dicit in quinquagesimo anno quia oīm in lege veteri quolibet quin- quagesimo anno erat iubile⁹ annus: vt habeat leuitici. xxv. c. & infra latius dicā ad cuius similitudinē papa cōcedit iu- bileū spūalē visitantibus quolibet cen- tesimo anno basilicas beatorū aposto-

Iorū Petri & Pauli: vt in extrauagāti Bonifacij octauī de pœnitē. & remi. incipiente antiquorū. &c. & quotidie concedit ex aliqua iusta & pia causa: vt infra dicam; ille tamen iubileus legis ve teris erat temporalis: quia per eum tan tum remittebatur debita temporalia: iste qui hodie conceditur est spiritualis quia remittuntur debita spiritualia: id est peccata concurrentibus requisitis necessarijs, vt infra dicā: ideo dicit ani mi cantus voce cōfusa prægaudio: qā in anno iubileō erat maximū gaudiū: propter remissionem debitorum, & li bertatem carceratorum, & redemptio nem seruorum: qui efficiebatur liberū: ideo voces confundebantur prægau dio, & tubæ clangebant.

CVel aliter potest definiiri, iubile⁹ est remissio pœnæ temporalis, pro pecca tis actualibus pœnitentium non remis sae ab solutione sacramentali facta a pre lato ecclesiæ ex causa rationabili pro recompensatione de pœna in debita iu storum. Quam definitionē ponit do minus Ioannes Calderinus in repeti. c. nostro, de pœni. & remissio, verba definitionis sunt clara: sed amplius ex planando declaratiōne: ideo enim dicit ur indefinitione remissio pœne tēpo ralis: quia per peccatum mortale incur rit peccator culpam & pœnam æter nam & infinitam. quia ille contra quē comittitur est infinitus & æternus: & pœna debet commensurari delicto: vt in cap. scilicet de pœnis lib. vj. ad finē: & iuxta modum culpæ erit plagarū mo dus: dcutero. xxv. cap. facit. c. non affe ramus. xxij. q. j. Sed per verā contri tionē & confessionē peccatoris remittitur culpa: & pœna: quæ erat æternal: & infinita cōmutatur in pœnā tēpora

lē soluendā in hoc sæculo: vel in purga torio: cuius aliquā partē imponit con fessor in pœnitencia: & quia ignorat quanta sit illa pœna: imponit eam ar bitrio suo: & propterea oēs pœnitē tiae dicuntur arbitrariae: quia arbitrio fæcderotis discreti relinquuntur, c. tēpo ra pœnitidinis. xxvij. q. ca. quē pœnitē de pœni. disti. j. c. Deus qui de pœnitē. & remi. Sed quia semp remanet maxima pars illius pœnæ: quæ soluē da est in purgatorio: nam minima est illa, quam imponit sacerdos: & ista est soluēda in purgatorio: ista remittitur per iubileum seu indulgentiā plenariā et ideo bene dicitur in definitione remissio pœnæ temporalis; quia remittitur pœna purgatorijs: quæ licet sit tem poralis: minima tamē pœna purgatorijs est maior: et excedit maximam pœnam huius sæculi. cap. fina. de pœni. distin. vltima. ca. pe. xxv. distin. et per do ctores Theologos in. iiiij. seniē. distin. xx. arti. ij. Tanta tñ posset esse contri tio peccatoris: q̄ non solum remittere tur culpa: sed etiā omnis pœna tollere tur: vt patet in Latrone: et in beata ma ria Magdalena: et beato Petro et mul tis alijs. Sequitur vterius in definitione pro peccatis actualibus pœnitentiū ideo dicit pro peccatis actualibus: qā pœna originalis peccati nō remittitur per iubileū seu indulgentiā: quia illa tā tum remittitur per baptismum: vnde si aliquis non esset baptizatus: quantū cunq̄ esset verē contritus et confessus et fecisset omnia: quæ continent in for ma iubilei vel indulgentiæ: non con queretur iubileū: quia pœna origina lis non remittitur: ideo dicit pœnitentiū: quia non pœnitentibus nō pro sunt iubileus vel indulgentia: quantū

cunctis faciat omnia: quae in forma iubilis continentur; quia peccati venia non datur nisi correctio; ut in regula peccati venia de regu. iuris. li. vi. **L**uxta quod potest cadere notabilis questio: quis potest dici vere poenitens, & contritus, & confessus: ad consequendum iubileum: ex quo semper in forma iubilei dicitur vere contritis & confessis: & dicendum est: omissis ambagibus quod ille dicitur vere poenitens, & contritus, & confessus: qui fuit confessus in illo anno: & habet contritionem de peccatis postea commissis: & habet animum seu propositum confitendi in anno sequenti: iste est capax iubilei, seu indulgentiae secundum dominum Cardinalem in clementi. j. in. iiiij. notabili: de poeni. & remissio. idem tenet dominus Abbas: licet eum non alleget in causa. ois vtriusque sexus, de poeni. & remissio. tenet etiam Ioannes de Anania in dicto tractatu de iubileo post Florianum de sancto Petro: & Franciscus de pauinis super extauaganti vniogenitus: & ista est communis opinio: quae est vera: si tamen in forma iubilei vel indulgentiae expressae non dicatur: quod confiteatur statim vel infra certum tempus: quia tunc forma est seruanda: quae dat esse rei. cap. quia propter cum similibus de electione. Sequitur in definitione non remissae &c. ideo dicit: quia illa poena: quae est remissa per poenitentiam sacramentalem iniunctam a sacerdote in confessione: illa non est necesse: quod remittatur per iubileum, cum iam sit remissa: & actio semel extincta amplius non reuiuiscit. I. quires. & aream. ff. desolu. verum tamen esset: quod si poenitens non impleuisset poenitentiam sibi iniunctam Sacerdote in confessione: illa etiam remitteretur per

iubileum seu indulgentiam, ut infra dicam. **S**equitur ultra in verbis definitionis, absolutione sacramentali facta a Praelato ecclesiae: ideo dicit, quia post veram contritionem & confessio nem factam a poenitente requiritur sacramentalis absolutio confessoris: quia licet quo ad deum: & ecclesiam triumphantem sit absolutus per veram contritionem & confessionem: tamquam quo ad ecclesiam militarem, quae non iudicat de occultis ut in cap. vniico. ut ecclesiastica beneficia: requiritur absolutio sacramentalis exterior ad reconciliandum eum ecclesiae militanti. **L**uxta hoc cadit notabile dubium: dubium pone: quod aliquis est vere poenitens: & notabilis confessus. Sacerdos tamen per ignorantiam vel imperitiam noluit eum absoluere: nonne iste erit habilis & capax ad consequendum iubileum, seu indulgentiam: istud dubium non tangitur per doctores: sed ego credo: quod ex quo est vere contritus, & confessus, & absolutus quo ad deum consequitur iubileum: licet non sit absolutus sacramenti absolutione sacerdotis, propter eius imperitiam vel ignorantiam, quia in isto tali poenitente bene verificantur verba iubilei vere contritis & confessis &c. quia vere est contritus & confessus, & ignorantia vel imperitia confessoris indiscreti non debet sibi noceri: secus si detegasset sibi absolutionem ex causa iusta & rationabili. **S**equitur ultra in diffinitione pro recompensatione de poena indebita iustorum: hoc propterea subiungit: nam iubileus & omnis indulgentiae ecclesiae fundatur super merita passionis Christi: & sanctorum martyrum: confessorum: & virginum: nam propter unionem

diuinitatis cum humanitate vna guttam preciosissimi sanguinis sufficerisset ad redimēdum mille mundos: ipse autem voluit totum suum preciosissimum sanguinem effundere pro nobis: vt cles set copiosa apud eum redemptio: vt dicit Psalmus. Itē passiones martyrum, & Innocentium, & confessorum, & virginum: ex quibus omnibus meritis constat thesaurus ecclesiæ: & propter vniōnem capitū & membrorum ecclesiæ meritum capitū & aliorum membrorum attribuitur alijs membris ecclesiæ: & sic in recompensationem istorum meritorum remittitur poena pro peccatis debita: & fit hinc inde compēsatio: cum conceditur iubileus, seu indulgentia: quia illa merita satisfaciunt pro nostris culpis & poenis: & huius thesauri ecclesiæ principalis & vniuersalis dispensator est Papa, tanquam vicarius Christi & sponsus vniuersalis ecclesiæ & supremū caput ipsius: ideo ipse solus potest concedere iubileū seu indulgentiam plenissimam: ceteri vero prælati cum sint vocati in partem solitudinis possunt concedere indulgentias particulares: vt infra dicam & iuxta supra dicta videndi sunt doctores theologi in quarto sententiarum, distin. xx, nec tamen est opinandum, quod per talem dispēsationem thesauri quæ sit in collatione iubilei seu indulgentiarum thesaurus ecclesiæ in aliquo diminuatur: nam si omnes caiholici vtriusque sexus per totum orbem dispersi huiusmodi iubileum seu indulgentiā consequerentur: tota omnium indulgentia immoriori proportione se habet ad thesaurum: vnde sumittur: quā sit vna gutta aquæ ad totum mare: quia finiti ad infinitum nulla est pro-

portio: vnde versus mille licet sumant de perit inde nihil. Necq; supradictis obstat: si quis dicat: quod Christus fuit bñ remuneratus: de actibus suis: iuxta illud Pauli ad philippenses secūdo propter quod deus exaltauit illum &c, item martyres fuerunt remunerati de eorum passionibus ultra condignum: quia non sunt condigne passiones huius sæculi ad futuram gloriam: quæ reuelabitur nobis iuxta eundem apostolum: similiter & confessores & virgines, ergo eorum merita iam remunerata non debent iterum remunerari, vt pro nobis satisfaciant & pro nostris poenis: ad hoc obiectum est dicendum: quod illa merita fuerunt remunerata: quatenus erant augmentatiua gratiæ & gloriæ: remanserunt tandem in potestate ecclesiæ: quatenus erant satisfactiua poenæ: ideo de illis potest alijs subueniri per communicacionem thesauri: & sic remanent declarata & exposita omnia verba definitiōis.

Ad secundum dicendum est: quod iubileus dicitur a iobel: quod est vocabulum Hebræum: quod latine significat cornu vel buccina, & dicitur iubileus a clangore buccinarum seu tubarum: quia quando publicabatur annus iubileus: fiebat maximus clamor seu clangor tubarum & buccinarum propter niūm gaudium: vnde in Psalmis: dicitur buccinate deo in nōmenia tuba in insigni die solemnizatis vestræ: ita dicit dominus prepositus Alexāgrinus in primo, septimo, distin ctio. vnde non immerito cum iste iubileus spiritualis, qui hodie conceditur a momano pontifice, sit ad instar illius iubilei temporalis: qui olim concedebatur in veterilege; & sit maioris me-

riti: & excellentiae: deberet fieri maxima iubilatio: & maxima solennitas: & festivitas: & publicari cum clamore tu barum: & aliorum instrumentorum musicalium.

ad. 3. mē. ¶ Ex prædictis infertur ad decisionē brum. tertij membra principalis: scilicet vnde

habuerit ortum iste iubileus: habuit enim ortum & initium ex illo iubileo veteri: qui cōcedebatur populo iudai co quolibet quinquagesimo anno: vbi debita remittebantur. Serui efficiebantur liberi: carcerati liberabantur: vt habetur leuitici vigesimo quinto capitulo. Erat etiam aliis iubileus in lege veteri: qui concedebatur quolibet anno septimo: sed iste non erat a deo plenus sicut iubileus quinquagesimus neque fiebant ita plenæ remissiones: sic hodie per istum spiritualem iubileum remittuntur debita spiritualia: id est peccata precedente constrictione & confessio ne: & poena pro eis debitæ: & illi qui erant serui Diaboli per peccatum: liberantur ab illa seruitute: & similiter carcerati in carcere & in funibus pectorum relaxantur.

ad. 4. mē. ¶ Quantum ad quartum principale brum. membrum dicēdū est, quod quatuor

principaliter requiriuntur ad cōcedēdū & consequendum istum spiritualem iubileum (licet Abbas & Immola. ponant sex requisita: in capitulo: quod autem de poeni. & remi. cōuis postea dicit quod nō sunt necessaria) quorum tria requiruntur in concedente: quartum vero in eo cui cōceditur. ¶ Primum est auctoritas inconcedente. ¶ Secundum est idoneitas vel capacitas in recipiente. ¶ Tertium est utilitas in opere. ¶ Quartum est pietas in fine: & ista quatuor requisita possunt reduci ad

tria: scilicet auctoritas inconcedente: idoneitas in recipiente: & iusta & rationabilis causa concedendi: quorum quodlibet per se sigillatim declarabo.

¶ Primum est auctoritas in concedente. Hæc auctoritas principaliter resedit in summo pontifice: qui est Vicarius Christi: & dispensator vniuersalitatis huius thesauri ecclesiæ: & habet super premam potestatem in ecclesia dei, vt in capitulo licet de regu: & in extravaganti vnam sanctam Bonifacij octauit. ita tenent omnes Doctores in dicto capitulo ad liberandam de iudeis & Theologin quarto sententiarum distinctione vigesima: & ideo ipse solus: potest concedere iubileum, seu indulgentiam plenissimam: sicut olim cōcedebat Moyses populo israelitico iubileum temporalem: ita hodie solus sumus pontifex cōcedit istum iubileum spiritualem: ceteri vero prælati inferiores possunt concedere particulares indulgētias: vt in capitulo nostro de poeni. & remissio. sicut enim in uno corpore materiali est ponere unum caput in quos sunt omnes sensus: seu plenitudo sentiendi: sic in ecclesia dei militante est unum tantum caput: videlicet romanus pontifex: in quo est plenitudo potestatis & auctoritatis, vt dixi plenæ in tractatu de concilio generali: quam quidem potestatem contulit ei dominus: quando beato Petro dixit Quodcunq ligaueris sup terrā. &c. cum ipse sit eius successor: & sedeat in sede eius: item quia ista ecclesia militans est ad instar ecclesiæ triumphantis, iuxta illud Job. Nunquid nosti ordinem celorum & rationem eius ponis in terra: & illud Apocalipsis. Vidi hierusalem nouam descendente de cœlo & cetera.

Sed in ecclesia triumphante sunt nouē Angelorum ordines: sub triplici hie-
rarchia: et unus ordo sub altero: et tan-
dem omnes sub uno capite: quod est
deus: sic decuit fieri in ecclesia militan-
te: principatus Monarchicus est me-
lior principatus: & secundum philo.
in uno quoq; genere est reperire unū
primum, & supprenum: quod est mē-
sura & regula omnium aliorum sub il-
lo genere contentorum: oportet ergo
quod multitudo reducatur ad unum,
vt in genere hominum sit unum pri-
mum & supremū caput: quod sit men-
sura & regula omnium aliorum homi-
num; iste enim est Romanus pontifex:
qui est fidelis & prudens dispensator:
quem constituit dominus super fami-
liam suam, id est, super populum suū
christianum: vt det illis in tempore tris-
tici mensuram: & iia seruatur de an-
tiqua cōsuetudine Romanæ ecclesiæ:
maxime a Gregorio & circa, nam a
multis Romanis pontificibus pro va-
rijs & diuersis iustis causis hoc benefi-
cium Christiano populo concessum
inuenimus: & quotidie concedi vide-
mus: vt patet in extrauagantibus edi-
tis per Bonifacium octauum, clemen-
tem sextum, Gregorium vndecimum,
Nicolaum quinum: & adeo hoc est
certum & indubitatum summum po-
tificem has indulgentias plenissimas
concedere posse: quod cū tota ecclesia
hoc affirmat: & ecclesia non possit er-
rare dicente domino, ego oraui pro te
ne deficiat fides tua: in hoc errare non
potest, vt dicit Ricardus de media vil-
la, in quarto sententiā distincione vi-
gesima articu. tertio, q. 1. vnde beatus
Antonius archiepiscopus Florētinus.
In prinā parte suā summā titu., deci-

mo articu. vlti. subdit illum esse hereti-
cum: qui pertinaciter assereret, & tene-
ret: quod Papa non posset eas conce-
dere concurrentibus debitib; circumsta-
tijs: mouetur adhoc quia in simbolo,
fidei continetur, vnam sanctam ecclē-
siā sanctorum communionem pecca-
torum remissionem, in quo compre-
henduntur effectus gratiæ remissionis
peccatorum per sacramēta, & effectus
gratiæ communicationis meritorum,
& honorum operum: quæ est per cō-
municationem gratiæ, & charitatis,
cum relaxatione poenæ: quæ fit per in-
dulgentiam: quæ inuitatur meritis ec-
clesiæ: & precipue passionis Christi:
vnde aliter tenere & asserere esset con-
tra articulos fidei: & determinationem
ecclesiæ & per consequens hereticum:
& idem firmat Augustinus de ancho-
na in tractatu de potestate ecclesiæ. q.
prima articu. xxix, & sic errant in hoc
Lutherani heretici: qui contrarium af-
firmant: & hoc quo ad primum requi-
situm ex parte concedentis: quæ est au-
toritas. ¶ Quo ad secundum quod
similiter requiritur ex parte conceden-
tis: videlicet pietas in fine: hoc est ho-
nor Dei & exaltatio fidei: nam in con-
cessione cuiuscunq; iubilei: seu indulge-
tiæ finaliter hoc debet attendi: & con-
siderari: vt per hoc deus honoretur:
& fides sancta catolica exaltetur.
¶ Tertium requisitum ex parte con-
cedentis est utilitas in opere: hoc est
quod opus pro quo indulgentia con-
ceditur: sit ordinatum ad honorem
dei & exaltationem fideicatholice: vnde
in concessione iubilei: seu indulgen-
tiæ: non attenditur quantitas operis:
sed genus operis: indulgentia princí-
paliter respicit gratiam & non meritū:

alias non diceretur indulgētia; & quia in indulgentijs principalius attēditur gratia quām meritum proprium: ideo in talibus non attēditur quantitas ope-
ris scilicet vtrum opus pium: pro quo conceditur, sit magnum vel paruum:
sed consideratur genus operis: scilicet quod sit pro honore dei, & exaltatio-
ne fidei catholicæ: ideo ista quo requi-
sita reducūtur ad vnum: scilicet, quod
sit iusta & rationabilis causa conceden-
di iubileum, seu indulgentiam, s. ho-
nor dei, & exaltatio fidei.

dubium Ex quo insertur ad decisionem no-
notabile, tabilis dubij: pone, quod Papa conce-
dit iubileum, seu indulgentiam alicui
vere contrito, & confessō existenti in
gratia absq; causa rationabili, sed ex
sua sola voluntate: nunquid valet talis
iubileus, seu indulgentia? & videtur
primo, quod sic, quia Papa habet ple-
nitudinem potestatis: quia non habet
superiorem: a quo debeat regulari: er-
go si recipiens est capax valet talis in-
dulgentia, licet Papa sic concedendo
peccet: contrarium tamen dicendum
est, & tenendum: quia licet Papa ha-
beat plenitudinem potestatis quātum
ad bona ecclesiastica temporalia & spiri-
tualia: non tamen habet illam potesta-
tem, vt dominus, sed vt minister & dis-
pensator domini. secundum apostolū
dicentem sic: nos existimet homo: vt
ministros Christi & dispensatores mi-
nisteriorum dei: & licet non habeat su-
periorem in terris, habet tamen in cœ-
lis: ideo dispensatio talium bonorum
non debet ab eo fieri sine iusta & ratio-
nabili causa: & vbi dominus: cuius ista
bona sunt: verissim iliter acceptaret hu-
iusmodi dispensationem: vt potestas
restringatur super rationem capitulo:

illa. xj. q. iiiij. credendum autem est: q̄
domino cuius sunt ista bona: non pla-
cet; si alicui dentur sine rationabili cau-
sa: sicut etiam accidit. In dominis tem-
poralibus: qui cum dispensatores sui
dissipant bona sua: non eis placent: im-
mo multum displicent, ita est creden-
dum in domino: cuius sunt ista bona
spiritualia: in quorum dispensatione ma-
gis requiritur causa iusta & rationabi-
lis: quām in distributione bonorum
temporalium: vnde tenendum est: nō
valere talem concessionē iubilei; vel in-
dulgentiae factā a Papa sine causa iusta
& rationabili: etiam existenti in gratia:
& facienti opus bonum: & pium: & ita
concludit Fraciscus de Pauinis in di-
cta extrauaganti: antiquorum. & Au-
gustinus de anchora in dicto loco su-
perius allegato. Sed Petrus palu. vide-
tur tenere contrarium in quarto sente-
tiarum distin. xx. q. iiij. articu. primo.
¶ Quārum requisitū est idoneitas:
seu capacitas ex parte recipientis: scili-
cet: quod recipiens iubileū sit idoneus
& capax ad illum recipiendum: nam
secundum Philosophum actus actiuo-
rum sunt in patienti bene disposito: nā
thesaurus ecclesiæ non applicatur nisi
ei: qui est membrum ecclesiæ. ca. nihil
sic debet. xj. q. iiij. c. si quis apostolica.
xxiiij. q. iiij. & certum est: q̄ remanente
culpa non remittitur. poena: quia secū-
dum beatum Augustinum non dimis-
tit deus dedecus culpæ sine dedecore
iustitiæ: si enim remanēte culpa: remit-
teretur poena: esset dedecus culpæ: sine
decore vel pudore iustitiæ: & sic esset
in ordinatum: quod diuina sapientia:
& iustitia non permittit. argu. in autē-
ti. de hæredi. & falsi. §. in ordinatum.
colla. prima oportet ergo: quod recis-
f iiij

piēs iubileum seu indulgentiā sit prius purgatus a culpa per contritionem & cōfessionem precedentem. Ex quo infero. q̄ si Papa concederet iubileum seu indulgentiam alicui existenti in peccato mortali; ex aliqua iusta & pia causa & facienti aliquid opus pium: licet concurrant in concessione auctoritas concedētis; & iusta & rationabilis causa: licet iste adimpleret illud: quod continentur in forma indulgentiæ: non vallet talis concessio: quia non concurrit idoneitas: vel capacitas in recipiente: quod est verum; vt non prospicit sibi per modum indulgentiæ: prodest tamen per modū suffragij: vt disponatur de congruo ad agendam poenitentiam: et illa mediante: ad susceptionem remissionis peccatorum: & cōsequutionem indulgentiæ: sicut alia bona opera facta in peccato mortali prossunt ad disponentium peccatorem: vt citius libetur a peccato: ita notanter dicit dominus Ricardus. in quarto sententiarum distin. xx. articulo quarto. q. prima.

Cl. Infero etiam. q̄ iubileus nō prodest excommunicatis: quantūcunq; sint contriti & confessi: licet faciant id: quod continentur in forma iubilei: vel indulgentiæ: quia non sunt mēbra ecclesiæ: & thesaurus non applicatur: vt dixi ei: quinon est membrum ecclesiæ: & excommunicatus est extra ecclesiam: neq; participat cōunioni fidelium: sed quid si esset iniuste excommunicatus: vel sententia excommunicationis esset nulla propter intolerabilem errorem in ea expressum: vt in. c. per tuas. de senten. exco. tunc credo: q̄ cum non sit ligatus quo ad eum. vel ecclesiam triūphantē: si alias est contritus: & confessus: & facit id: quod continetur in for-

ma indulgentiæ: bene cōsequitur: quia est patiens bene dispositum. **C**Sed iux q̄ diffici ta predicta queritur: vtrum iubile⁹ seu lis. indulgentia prospicit: existentibus in purgatorio: si viui faciūt id: qđ continentur in iubileo: vel indulgentia & hoc exprimitur in forma: puta si papa diceret: q̄ concedit iubileum faciēti tale opus bonum. s. largienti eleemosynam: vel ieūnanti tot dies: vel oranti: etiam pro parentibus suis defunctis: ista quæstio est difficilis: & dubitatissima apud doctores theologos: & canonistas: & sunt variae opinione: nam Innocētius in. c. quod autem de poenit. & remissi. tenet: quod prosunt existentibus in purgatorio directe: si viui pro eis faciunt id: quod continentur in forma iubilei: & Papa hoc exprimit: quōd viui possint hoc facere pro suis defunctis: idem tenet ibi. Joan. And. & Antonius de bus trio: idem etiam tenet Petrus de Palude in quarto senten. distin. xx. articulo tertio cōclusione sexta hanc etiam partem tenet Augustinus de Anchona in suo tractatu de potestate ecclesiæ: & sequitur Archiepiscopus Florētinus. in secunda parte suæ summæ tertiae partis: sub rubrica de summis pōtificibus: idem tenet dominus Cardinalis zabarella in dicto. c. quod autem de poeni. & remissio. & in cle prima. s. ad hæc de poeni. & remissio. in quæstione decimatercia. Sed cōtrariam opinionem: scilicet quōd nō prosunt existentibus in purgatorio: licet viui p̄eis faciat: id qđ continentur in forma indulgentiæ: vel iubilei: directe vel per modum auctoritatis: sed indirecte & per modū suffragij: tenet Zocus. in repetitiōe. c. omnis de poenit. & remissio. dicens ita consuuisse in principatu Cathaloniae. ean-

dem opinionem tenet dominus Ricardus de media villa in quarto sententia, rum distin. xx. arti. 4. q. secunda dicens: q̄ per illa verba quodcunq; ligaueris super terram. &c. Dominus dedit solum potestatē vicario suo super viuos; & nō super mortuos; itaq; mortui existentes in purgatorio non sunt de iuris dictione papae; & indulgentiæ non extenduntur ad non subditos iurisdictiōniconcedentis. c. quod autem de poenitentia, & remissio, licet faciat viui pro eis opus piū: quod exprimitur in forma iubilei. & hanc opinionē tenet Alexander in quarto distin. xx. & Franciscus de mayro: & sanctus Bonaventura; & ista opinio dicitur esse magis communis. Sed prima opinio potest sustineri: & quidam magister Parisiensis sustentauit eā: ut refert Focelinus in dicto tractatu. & cum Papa audiisset dixit ab soluo illum magistrum a poenitēpurga torij; dicit tamen Alfonso. li. v. titu. xxxix. articu. vltimo: quōd volentitēnere papam non habere potestatem super animas existētes in purgatorio nō est resistendum; dum tamen hoc dicit ratio vel auctoritas manifesta: quicqd enim loquuntur disputantes vel predicantes hoc est sana fide tenendū: quod Christus contulit plenitudinem potestatis vicario suo: & tantam quantam decuit dari puro homini; ad edificationem corporis: scilicet ecclesiæ; vnde super hæc nō iudicare: sed plurimas gratias deo agere debemus. Sed tamē pro prima opinione facit: quia quotidie videmus: & stilus curiae est: q̄ papā solet concedere huiusmodi iubileum; seu indulgentiam: etiam existentibus in purgatorio per modum auctoritatis: nam videmus q̄ papā cōcedit bullas: vt qui

cuncq; fecerit vel dederit talem eleemosynam vel visitauerit vñā: aut duas ecclēsias: vel duo altaria & orauerit possit liberare vnam animā de poenitēgatorij: quā maluerit & sic per modū auctoritatis & indulgentiæ: & non est credendum: q̄ si non posset hoc facere faceret in deceptionem eorum: quibus concedit: & presumēdūm esteum plēne esse informatum de hoc a viris litteratis: qui semper ad latus eius assistūt: vnde ista opinio non est improbabilis: immo satis rationabiliter pōt sustineri.

CUlterius queritur pro declaratiōne quæstio: huius materiæ: pone: q̄ papa concedit iubileum omnibus porrigitibus manus adiutrices pro reparatiōe alicuius ecclēsiae; vel monasterij: vel hospitalis: an hoc sit Symoniacū cū det spūale ptemporali, & dicēdū est: q̄ nō: q̄a nō dat illud t̄pale p spūali: nīl per accidēs: & nō p̄cipalit̄: neq; directe: q̄a dāt p spī rituali vtilitate cōsequēda: & ī q̄ptū t̄palia ordinantur ad spūalia: ita dicit dñs Ricardus. in quato senten. distin. vigesima. articulo tertio quæstine prima.

CItem pone: q̄ papa cōcedit iubileū: quæstio: seu indulgentiam cuilibet facienti tale opus piū: puta largienti tantam eleemosynam ad reparationē alicuius ecclēsiae: vel hospitalis: vel visitanti talem ecclēsiā: vel ieunanti tot dies: & aliquis estita pauper: q̄ non potest dare illam eleemosynam: vel est adeo debilis: & infirmus: quod nō potest ieunare vel visitare illam ecclēsiā: sed habet volūtatem & propositū illud faciendi si posset: nonne sufficit ista voluntas vel propositum sine opere: & dicēdū est: q̄ nō nisi aliud in forma iubilei exprimatur: scilicet pro sit non valentibus & impenititis: quia licet quo ad premium effen-

tiale voluntas pro facto reputetur: nō tamen quo ad premium accidentale: scilicet ad consequutionem iubilei vel indulgentiæ: quia non prodest nisi ille: qui faciunt illud: quod continetur in forma indulgentiæ: sic dicit dñs Ricardus indicata distinctione: & articulo 3. quæstio. tertia. & Petrus de palude ibi articulo tertio cōclusione: secunda.

quæstio. **C**ed pone: quod Papa concedit iubileum seu indulgentiam danti tantam eleemosynam: vel visitantitalem ecclesiam: vel ieunanti tot dies: an ita consequatur iubileum: ille qui facit cum minori charitate: vel feroore: sicut ille: qui facit cū magno feroore vel charitate: vel ille: qui venit a lōge: visitare illā ecclesiam: sicut ille: qui est prope ecclesiā: & dicendū, q̄ quātū ad remissionē poenā: & cōsequutionē indulgentiæ. eq̄ les sunt: ille, qui facit minus deuote & ille, qui cum maiori deuotione, & ille, qui est prope sicut ille, qui venit delōge, sed intensiue & quo ad maius augmēntum gratiæ & meriti & quo ad sui dispositionem magis meretur ille: qui magis & cum maiori deuotione & feroore charitatis se disponit per opera virtutis: quia in domo patris mei māsiones multæ sunt: sicut in alijs operibus meritorn̄s: qui plus operatur plus meretur quantum ad meritum gratiæ & gloriæ: ita etiam dicit Ricardus vbi supra, quæstione secunda ad finem quæstionis. & Franciscus de Pauinis in dicta extrauaganti anti-

quæstio. quorum. **C**Item queritur, pone, q̄ Papa concedit iubileum omnibus Christi fidelibus vere contritis, & confessis: qui ieunauerint tot dies: & fuerint confessi & communicauerint de sancto Sacramento altaris: & incesse-

rint processionaliter in tribus processionibus: & aliquam eleemosinam derint, pro vt diebus proxime preteritis concessit pro rebus bene gerendis a concilio generali; aliquis incepit facere & inchoare ea: quæ continentur in forma iubilei: quia incepit ieunare per vnum vel duos dies: & associare vnam vel duas processiones: & proponebat omnia perficere, sed tandem infirmitate preuentus mortuus est: nunquid cōsequatur iste iubileum, ac si omnia perfecisset: & fecisset: videtur quōd non: quia hæc concessio iubilei non videtur pura, sed conditionis: quia datur fa- cientibus ea: quæ continentur in forma iubilei: ergo qui omnia non faciūt, & perficiunt: non consequentur. in cōtrarium videtur: immo quōd iste con sequatur iubileum: quia istae indulgentiæ non sunt amare vel stricte intelligendæ: immo large fauore liberationis animarum: sicut in iure dicitur inseruo cui legata est libertas: si per certum tempus seruierit: & per casum vel ad uersam fortunam nō potuit illud tempus seruire: nihilominus consequitur libertatem. l. cum haeres. . s. stichus. ff. de statu. libe. l. fina. C. de conditio. in fertis. ad istam quæstionem dicendum est: quōd aut iste infirmus vixit per totum illud tempus: quod erat necessarium ad iubileum consequendum: sci licet ad ieunandum & confitendum & communicandum & processiones associandum: licet infirmitate de ten tuis non potuit omnia perficere: & tūc consequitur iubileum argumen. dicti. . s. stichus. aut non vixit per totum il lud tempus: & tunc non consequitur: & ratio est: quia hæc concessio ne dum est conditionalis: sed in diem, yn-

de debet vtrunc; adesse. s. implemen-
tum conditionis & aduētus dici: quia
per infirmitatem non debet plus cōse-
qui: quām si in veritate omnia illa per-
fecisset: vt dicta. l. cum hæres. s. seruire
&. s. stichus & ff. de verbo. obliga. l. in
illa stipulatione &. l. insulam. cap. com-
missam de electio. li. vi. & licet hoc sit
de iure: Papa tamen cōsistorialiter de-
clarabit: quod illi: qui inchoauerunt fa-
cere: licet non perfecerint infirmitate
vel morte vel alio impedimento deten-
ti: nihilominus consequantur iubileū:
cuius declarationi: & interpretationi:
standum est: cum habeat vim legis. s.
Sed quod principi institu. de iure na-
tu. genti. & ciui. ita tenet Franciscus de
pauinis in dicta extrauaganti multo;
rū. predicta tameu sunt vera: nisi aliud
exprimatur in forma iubilei: quia tunc
illa est ad literam seruanda: quia indul-
gentiæ tantum donant: quantum so-
nant: & non plus vel minus secundum
doctores. theologos. in quarto senten.
distin. vigesima. ¶ Ulterius queritur:
vtrum ille: qui peccauit durante iubi-
leo vel indulgentia consilus de iubi-
leo vel indulgentia: iste talis an conse-
quatur iubileum: dicendum est: quod
non: quia priuilegium meretur amitte-
re: qui concessa sibi abutitur potestate:
& frustra legis auxilium inuocat: qui
committit in legem: & ne facilitas ve-
niæ incentiuim tribuat delinquendi.
¶ Item queritur: an interdicti gaude-
ant: vel consequantur iubileum seu in-
dulgentiam: & dicendum est: quod
interdicti: qui dederunt causam inter-
dicto: hoc est: illi propter quorum cul-
pam vel delictum est positum interdi-
ctum: non gaudent iubileo: vel indul-
gentia: donec satisficerint: quia non

sunt vere pœnitentes: sed interdicti:
qui non dederunt causam interdicto:
sed sunt de loco interdicto: isti bene-
gaudent iubileo & alijs indulgentijs: si
alias vere contriti & confessi: & faciunt
illud: quod continetur in forma iubi-
lei: ita tenet dominus Calderin⁹ in tra-
statu. de ecclesiastico interdicto folio
duodecimo. colūna secūda predicta in
telligo de eo: q̄ est iuste interdict⁹: quia
dedit veram causam interdicto: securi si
esset in iuste interdictus: quia nō inter-
venit iusta causa interponēdi interdi-
ctū: sicut dixi in excommunicato supra.
¶ Iuxta predicta etiam queritur: si su-
mus pontifex concedens huiusmodi
iubileum: an & ipse consequatur eum:
& videtur dicendum quod non: quia
inter dantem & accipiētem debet esse
distinctio personalis. c. fina. de insti: &
inter batizantem & batizatum: quia
nemo potest se ipsum batizare. c. debi-
tum de batizma. & inter presentatem
& presentatum: quia nemo potest seip-
sum presentare, ad beneficium .c. per
nostras de iure patro. quia nemo de-
bet oriri a seipso. c. didicimus. xxiiij. q.
1. & sic per consequens nemo potest se
ipsū absoluere, vel sibi indulgentiā da-
re: ad hanc questionem dicendum est:
quod directe & principaliter papa nō
potest sibi ipsi iubileum vel indulgen-
tiā concedere per rationes supradic-
tas: sed indirecte: sic puta faciendo id:
quod ipse precipit alijs facere ad con-
sequendum iubileum: nam hoc faci-
endo eousequitur iubileum vel indul-
gentiam: sicut quilibet alijs, ita dicit
dominus Ricardus: in quarto senten-
tiarum distin. xx. articu. quarto. q. ter-
tia & Pet⁹ de palude ibi in quinta cō-
clusione. & Ioannes de anania in dicto

tractatu de iubileo in prima quæstio-
ne & Calderinus in repetitione capit.
nostro de poenit. & remissio. quia vna
& eadē persona potest fungi vice dua-
rum personarum diuersis respectibus
1. si consul. ff. de adoptio. capitulo a
collatione de appe. lib. vj.

CSubsequenter quæro: pone: quod
papa cōcedit iubileum visitanti talem
ecclesiam & porrigeni ei eleemosynā
pro reparatione vel constructione ip-
sius: nunquid consequitur quis iubi-
leum totiens: quotiens visitauerit illā
ecclesiam & eleemosynam dederit ei
etiam si pluries eodem die: dicendum
est quod: aut iubileus est perpetuus
vel perennis sine prefinitione tempo-
ris, aut est temporalis cum determina-
tione & limitatione certi temporis: pri-
mo casu totiens qnotiens illud fecerit:
quod continetur in forma iubilei: illū
consequitur & lucratur etiam si infor-
ma non exprimatur: quia ita intelligi-
tur ex vi verborū: nisi aliud appareat
de mente concedentis vltra quam nō
extenditur: secus si iubileus esset tem-
poralis cum limitatione temporis: quia
licet pluries visitauerit: & eleemosynā
dederit: non consequitur nisi semel: ita
dicit Petrus de palude in quarto sen-
ten. distin. vigesima: arti. tertio conclu-
teria: & beatus Thomas ibidem: &
Ioannes and. & Antonius in capitulo
cum ex eo de poenit. & remissio. & Cal-
derinus ibi. & primum casum intelli-
go: dummodo illud non tendat in de-
risionem & ridiculum: puta si aliquis
haberet domum iuxta ecclesiam. &
non faceret nisi ire & redire ad ecclesiā
quia hoc tenderet in derisionem & vi-
lipendium iubilei: & non est intentio-
nis romani pontificis: ita intellexisse cō-

cessionem: ita dicit dominus Petrus
paludensis vbi supra, vnum tamē no-
tandum est: quod li iubileus vel indul-
gentia conceditur alicui ecclesiæ: tan-
diu durat: quandiu durat ecclesia: si p.
enniter conceditur: sed destruncta eccle-
sia funditus ita q̄ oportet eam de no-
uo ædificare vel construere expirat iu-
bileus vel indulgentia: nisi de nouo cō-
cedatur: ita dicit Petrus de palude vbi
supra in quarta conclu. vbi etiam dicit
quod indulgētia durat post mortem
concedentis: itaq; si perpetuo concedi-
tur perpetuo durat: si cum determina-
tione certi temporis tantum tēpus du-
rat, si papa moriatur ante illud tem-
pus siue post. **C**An autē vnu possit
iubileum consequi pro alio amico vel
consanguineo impedito: dicendū est,
quod nō, nisi aliud exprimatur in for-
ma iubilei secundum beatum Thomā
Rychardum & Palude: in dicta disti.
xx. Quia merita sua potest quis alteri
communicare: sed merita aliena super
quibus fundantur indulgentiae: non
est in eius potestate in aliū transferre
nisi aliud expresse dicatur in forma iu-
bilei, vel indulgentiae: puta q̄ possit
quis facere per se vel per alium: si est le-
gitime impeditus: prodesset tamen si
vnu amicus facit pro alio impedito,
quando id non exprimitur per modū
suffragii & non per modum indulgen-
tiae, sicut si oraret vel ieunaret vel das-
ret eleemosynā pro eo vel faceret aliud
opus pium & meritorium secundum
dictos doctores: in loco prælegato.
CDictum est supra, quod solus sum-
mus pontifex potest concedere iubile-
um, seu indulgentiam plenissimam:
sed si papa est notiorius criminosus,
& peccator, & scandalosus ecclesiæ

vnluersali, et multis vitijs et peccatis ir-
reitus; seu inuolutus: nunquid possit
huiusmodi iubileum seu indulgentiam
concedere? & profit eā recipientibus;
& dicendū est absq; villo dubio q; sic:
& prodest talis iubileus eum recipien-
tibus ac si esset concessus a beato Pe-
tro apostolo; dū modo papa non esset
hereticus; quia huiusmodi iubileus seu
indulgentia non innititur meritis pro-
prijs concedentis; sed innititur meritis
alienis; scilicet Christi & sanctorū mar-
tyrum confessorum & virginum; vt
supradictum est, & fundatur super
potestate iurisdictionis; non super san-
ctitate vel merito vitae; quia tātam po-
testatem habet malus pontifex; quan-
tam sanctus & bonus; ita in simili lo-
quēdo de alijs prælati tenet R. char-
dus; in quarto senten. distin. xx. arti. v.
quæstione prima. & dixi tractatu de
concilio generuli & patet etiam in ba-
ptismo; & in alijs sacramētis; quæ ita
prosunt & operantur effectum si con-
ferantur a malo ministro; sicut si con-
feratur a bono ministro, & a deo hoc
est verum; q; summum pontifex etiam
peccator & crimininosus notorius po-
test concedere huiusmodi indulgen-
tias & iubileos q; qui contrarium asse-
reret pertinaciter esset hereticus.

Sed pone. q; papa esset hereticus oc-
cultus & nōdum depositus vel degra-
datus; an valeret iubileus vel indulgen-
tia ab eo concessa; hoc est maius dubiū
& videtur mihi dicendum saluo melio-
ri iudicio & correctione; quod cum sit
occultus & toleratus ab ecclesia; & ad
huc habeat exercitium iurisdictionis;
& potestatis ante depositionem & de-
gradationem; & communī opinione;
vel errore habeatur pro papa; & pro-

pter bonam fidem recipiētum; quod
valeat talis concessio; & operetur effe-
ctum suum propter publicam utilita-
tem spiritualem; argumentum eorum
quæ notātur in l. Barbari philippus;
ff. de offi. præto. & in cap. ad proban-
dum de re iudi. & per Innocen. in cap.
nihil de electio. & per glo. in cap. du-
dum in magnode electione; & hoc dis-
co sub dubio; quia non vidi ab aliquo
doctore determinatum seu tactum.
Sed an cōcilium generale legitime
congregatum possit concedere iubi-
leum; seu indulgentiam plenissimam;
dubium est; et dominus Abbas. in ser-
mone incipiente maximum et cætera.
Quem fecit in concilio Basiliensi in
quinquagesima quinta col una ver-
sico. Et si dicatur; quod indulgentia
disputādo tenuit quod sic; de quo etiā
ipse meminit in clementina prima de
poeni. et remissio. in recollectis; et inue-
nimus idem concilium concessisse in-
dulgentias celebrantibus festum visita-
tiōis beatæ mariæ virginis; et iteressen-
tibus horis et diuinis officijs; sed in cō-
trarium vrget ratio; quia cum hoc sit
supremæ potestatis et iurisdictionis ec-
clesiæ; quæ sola residet et est poenes ro-
manum pontificem; vt supra dixi et la-
tissime in tractatu de concilio genera-
li et non poenes concilium generale; se-
quitur ergo; quod ipse solus potest cō-
cedere huiusmodi indulgentias plenis-
simas; et non cōcilium generale; quod
intelligo verum n̄i cōcilium genera-
le id faceret; et concederet de speciali li-
centia et approbatione summi ponti-
ficiis; vel quādo essent duo electi in dis-
cordia et non appareret; q; eorū esset
canonice electus vel qñ sedes apostoli-
ca vacaret; tunc enim cōcilium genera-

le succederet in potestate & iurisdictione summi pontificis: & sic posset saluari opinio domini Abba, alias nō crederem esse verā; licet dominus Föelinus: in dicto sermone de indulgentia plenaria quasi ad finem teneat opinionē Abbatis. quae etiam est probabilis & pōt sustineri cū non reperiatur a iure prohibitum & semper in concilio praeest papa perse vel per suum legatum:

ad quin- **Quantum** ad quintum membrum tuū principale, scilicet quis sit effectus, seu pale mē, efficacia iubilei, dicēdum est, q̄ ex verbis definitionis patet: quae sit eius effectus, sed latius exordiendo & prosequendo istud membrum: dicendum est, q̄ effectus eius est non subsistente aliquo alio impedimentoō: quod effectum eius impedit: remissio omnium poenarum pro peccatis mortaliis debitaram hic & in futuro sāculo tam respectu fori dei, quā ecclesiæ: & Petrus de palude in quarto senten. distinctione vigesima; arti.iiij. cōclusionē sexta ad finem facit tres gradus indulgentiæ, scilicet plenā, pleniorē: & plenissimā per primā scilicet plenam remittuntur poenæ mortalium peccatorum, p secundam scilicet pleniorem remittuntur poenæ, tam mortalium, quā venialium, per plenissimam vero remittuntur omnia supra dicta, & poenitentiæ iniunctæ & iniungendæ, idest quae debuerunt vel potuerūt iniungi in foro ecclesiæ militatīs; vel sic q̄ plena indulgentia sit respectu poenæ mortaliū, plenior respectu poenæ mortalium & venialium, plenissima vero respectu poenæ mortalium & venialium & respectu etiam culpæ venialiū: quia potest remitti poena debita mortali peccato, non remissa debita poena veniali; sicut

potest solui culpavnius peccati, alia nō dimissa: & sicut per absolutionē sacramentalem remittuntur peccata venialia; ita etiam per indulgentiam plenissimam vel iubileū: quia habet rationem cuiusdam absolutionis: pōt etiam dici: q̄ remittuntur peccata oblita in cōfessionē: neq; detecta si proposuerit de his conteri & cōfiteri cū memoriae occurserint secundū Archiepiscopū Florentinum vbi supra. Ex prædictis inferitur: q̄ per iubileū seu indulgentiam remittitur, & tollit omnis poena in hoc sāculo: & futuro sāculo soluenda, & omnis poenitentia iniuncta a Canone, vel Sacerdote ante iubileū: & etiā iniungenda idest quae potuit vel debuit iniungi. Vide textū & ibi Abbatē in ca. quod autē de poeni. & remissio. itaq; ista poenitens non tenet agere aliquā poenitentiā: necq; sacerdos, vel confessor potest ei aliquā poenitentiā iniungere: si ipse nō vult eā acceptare: ita tenet Petrus de palude in. iiij. senten. distin. xx.arti.ij. conclusionē secunda: & Frā. ciscus de pauinis in dicta extrauaganti multorū: & sic dicit q̄ declarauit papa consistorialiter: & q̄ etiā vota tollerentur per iubileū, excepto voto hierosolymitano, & ingressu Religionis: sed prædicta scilicet q̄ remittitur oīs poena & poenitentia iniuncta & iniungenda: ita q̄ nō est necesse, q̄ ipse poenitēs faciat aliquā poenitentiā, necq; sacerdos tenetur ei iniungere est verū: & intelligo de oportunitate necessitatis: tamen de honestate & bene esse, teneret: & securius esset pñiam agere maxime, ppter incertitudinē de acquisitione indulgentiæ ex parte ipsius: quia potuit esse: q̄ propter eius defectum vel occultū impedimentum: quod forte ignorat: nō

fuerit iubileum vel indulgentiam consequutus: ita tenet Alexāder de ales: in dicto. iij. senten. distin. xx. idem videtur tenere Abb. in dicto. c. quod autē: & est optimū consiliū: concludo ergo q̄ effectus, seu efficacia iubilei est remissio totius pœnæ tēporalis hic & i purgatorio soluēdæ, & remissio oīs pœnitentiae iniunctæ a canone, vel Sacerdote ante iubileū, & iniungendæ tā in fo ro dei, q̄ ecclesiæ: ita q̄ si aliquis vere fuit cōsequutus iubileū, vel indulgētā & statim moreretur libere volaret ad gloriā; neq; trāsiret per ignē purgatorij: ita dicit Ioannes de Anania in dicto tractatu de iubileo in. iij. colū. referens hostiēsem idē tenentē in sūma de pœnitē, & remissio. § ad quid valet versi. quid ergo.


Quo ad sextū principale mēbrum vtrū sit aliqua differentia inter iubileū & indulgentiā plenariā: breuiter dicēdū videt: q̄ in effectu & sustantia nihil differrevidēt cū vñus; & idē sit esse eius & efficacia vtriusq; scilicet remissio totius pœnæ tēporalis, & pœnitentiae iniunctæ, & iniugēdæ: vt supra dixi. Sed Ioannes de Anania in dicto tractatu in. iij. colūna videāt ponere aliquam differentiā inter indulgētiā: & iubileū: dum dicit: q̄ plus operatur iubileus q̄ indulgentia quo ad meritū: necq; ultra declarat suum intentū: quasi velit dicere: q̄ plus meretur: qui consequitur iubileum: q̄ ille: qui consequit̄ indulgentiam: sed reuera non videtur consequi plus vñus q̄ alius: necq; differunt nisi solo nomine: & tantum conceditur per vnum: sicut per alterum: nisi vellimus dicere cū Petro de palude in. iij. sententia. distin. xx. arti. iij. conclusione sexta verificulo. sed quomodo distinguntur

illigradus: scilicet: q̄ est indulgētia ple na. plenior: & plenissima: & plena dici tur respectu pœnæ mortaliū: plenior respectu pœnæ mortaliū & venialium plenissima respectu pœnæ mortalium & venialiū & pœnitentiarū iniuncta rū & iniungendarū: vel sic q̄ plena sit respectu pœnæ mortaliū & venialiū: plenissima vero respectu pœnæ mor taliū & venialiū & etiā culpæ venialis: & secūdū hoc erit differentia tñ inter iubileū & indulgentiā plenā: seu pleniorē: seu plenariā: quia per primā: & secundā remittitur pœna mortalium & venialiū: sed per iubileū remittit pœna mortalium: & venialiū, & culpa etiā venialis & oīs pœnitentia iniuncta & iniungenda: itaq; plus importat iubileus: q̄ indulgētia plenaria: seu plenior sed inter plenissimā & iubileū nulla vi detur distantia, quia tñ importat vna quantū alia: vt ex supradictis patet: & sic sunt expedita oīa mēbra huius tractus iubiler: cum questionibus accessorijs: & licet Doctores in locis preallegatis hanc materiam tradiderunt: non tamē ita clare: necq; ordinate: quia Ioānes de Anania in dicto tractatu nimis succinctæ per transiuit. & Feelinus in dicto sermone de indulgētia plenaria: nimis inordinate: & confuse processit Alij Doctores in locis ordinarijs non ita totam materiam recollegérūt: quæ est in multis locis dispersa .:.

DEO GRATIAS:.

Recognitus & approbatus per Ioā nem Gil. de naua Magistrum in sacra theologia.

TRACTATUS DE MATRIMONIO HENR-
 rici octauii, Catherinæ, Angliae, Regum serenissi-
 morum: & de legitimitate proliſ



ACTI enarratio,
 in casu matrimonia-
 li serenissimorū Re-
 gis: & Reginæ An-
 gliaæ.

Herricus septimus⁹
 Anglie rex, duos filios masculos Artu-
 rum, videlicet primogenitum: & Hēr-
 cum, nūc Angliæ regē habens; serenissi-
 simam dominam Catherinam Fernā-
 di: & Elisabeth Hispaniarū Regū filiā
 Arturo prīcipi matrimonialiter copu-
 lauit: post cuius obitum sine liberis tra-
 statum fuit de matrimonio contrahē-
 do inter dictos Henricum: & Katherinam:
 & obstantibus impedimentis af-
 finitatis: & publicæ honestatis iustitiæ
 contracta fuerunt inter eos sponsalia
 sub conditione si papa dispēſaret: qua
 propter a ſede apostolica ſub formam in
 trascripta dispēſatio obiēta fuit: cuius
 prætextu: & virtute serenissimi princi-
 pes Henricus & Katherina per verba
 de preſenti matrimoniuū contraxerūt:
 Henricus Rex tunc impubes erat: &
 post biennium in initio pubertatis ad-
 uersus ſic contractum matrimonium
 ignorante regina reclamauit protestas
 ſea contraſto matrimonio velle diſce-
 dere: & nolle dñmā Katherinā, in uxo-
 rem ducere: neq; ſe animū habuiffe in
 uxore ducendi, mortuo poſtmodum
 Hērlico ſeptimo eius patre; predictus
 dominus Hēricus eius filius in regnū
 ſuccedit: qui cū iam maturæ eſſet etatis
 matrimoniuū cū predicta domina Ka-
 therina ſolemniter in facie ecclesiæ con-
 traxit: & carnali copula conſummauit

etiam cum prolis ſubſceptione: ex quo
 procreata eſt clarissima princeps do-
 mina Maria eorum filia: qua ſuper-
 ſtes nunc eſt. &c.

Tenor dispensationis ecclesiæ.
 Clulius epiftopus ſeruus ſeruorū dei Difpēſa
 dilecto filio Hērlico clarissimi in Chriſtioneſi,
 ſto filio noſtri Hērlici Angliæ regis il-
 luſtris nato: & dilecta in Chriſto filiæ
 katherinæ clarissimi in Chriſto fili⁹ noſtri
 Fernādi regis: & chariſſimæ in chriſto
 filiæ Elizabeth Regū Hispaniarū:
 & ſiciliæ catholicorum regū naia illuſtri
 ſalutem & apostolicam bñdictioſe
 nē. Romani pōtificis precellens auſto-
 ritas concesſia ſibi deſuper viuit potes-
 tate, prout personarum negotiorum
 & tēporum qualitate pēſata: id in do-
 mino conſpicit ſalubriter expedire. ob
 latæ nobis nuper pro parte veſtra peti-
 tionis ſeries continebat; q; cū alias ſu
 lia katherina: & tunc in hu mani agens
 Arturus quē dā chariſſim⁹ in Chriſto
 fili⁹ noſtri Hērlici Angliæ regis illuſtris
 primogenit⁹ pro cōteruādis pacis: &
 amicitiæ nexib⁹: & ſocerib⁹ inter cha-
 riſſimum in Chriſto filiū noſtrū Fer-
 nandum: & chariſſimam in Chriſto fi-
 liā Elizabeth Hispaniarū, & Siciliæ re-
 gum catholicorū: ac prefatiū Angliæ
 regē: & reginam matrimoniuū pet ver-
 ba de preſenti legitime cōtraxisſetis: ul-
 ludq; forſan carnali copula conſum-
 mauiſſetis. Arturus prole ex huius mo-
 di matrimonio nō fuſcepta diſceſſit: cū
 autē ut eadē petitio ſubiugebat ad h̄c:
 ut huiusmodi virculū pacis: & amici-
 tiae inter prefatos reges: & reginā diu-

tius per maneat: cupiatis matrimoniu
inter vos per verba de presenti legitime
me contrahere: supplicari nobis feci-
stis: ut vobis in premissis de oportuna
dispensationis gratia prouideremus de benigni-
tate apostoli dignaremur: nos igitur qui
int' in gloriosissimi fideles pertim inter ca-
tholicos reges: & principes pacis: & co-
cordiae amicitatem vigere intentis de-
siderijs affectamus: vosq; & quemlibet
vestrum a quibusunque excommunicationis:
& suspensionis. &c. huiusmodi
supplicatioibus inclinatib; vobiscum ut
impeachmento affinitatis huiusmodi ex
premissis proueniente a constitutionis
bus: & ordinationibus apostolicis cae-
terisq; contrarijs: ne quod quam ob-
stantibus per verba legitime de presen-
ti matrimonium contrahere: & post-
quam contractum fuerit, etiam si iam
forsitan haec nus de facto publice, vel
clandestine contraxeritis, ac illud carna-
lic copula consummaueritis licite rema-
nere valeatis auctoritatis apostolica te-
nore presentium; de speciali dono gra-
tiae dispensamus. ac vos & quemlibet
vestrum contraxistis: ut pretetur ab
excessu huiusmodi, ac excessi munica-
tionis sententia, quam propterea incur-
ristis eadem auctoritate absolumus pro-
le ex huiusmodi matrimonio siue con-
tracto siue contrahendo suscepimus: vel
suscipiendam legitimam discentientes pro-
viso, qd tu filia katherina: propter hoc
rapta non fueris: volumus tamen qd si
huiusmodi matrimonio de facto con-
traxistis confessor per vos, & quemlibet
vestrum diligenter penitentiam sa-
lutarē propriea vobis iniugat quam
implere teneamini, nulli ergo hominū
licet hanc paginā nostrā absolutionis
dispensationis, & voluntatis infringe-

re. &c. Datis Romæ, apud sanctū Pe-
trū: anno incarnationis dominice mil-
lesimo quingentesimo vigesimo septi-
mo Calendas Ianuarij. p̄tificatus nři
anno primo. &c. Ex facti narratione
duarū principales partes oriuntur. pri-
ma est de validitate matrimonij & dis-
pensationis.

C Secunda est de legitimitate pirolis ex
matrimonio tali suscepitae,

C Circa primam partem: oriuntur du
prima bis sequenti.

C Primum dubium est an ducere reli primum
Etiam vxore fratris defuncti si liberis dubium:
sit diuina lege prohibitum an humana
tantum: & ex ecclesie & constitutione.

C Secundū dubiū est supposito qd iste 2. dubiū.
casus sit de iure diuino prohibitus: an
papa ex potestate ordinaria: vel abso-
luta dispensare in eo possit: & an talis
dispensatio sine causa facta saltem in foro
contentiosa ostineri valeat.

C Tertium dubium an dispensatio vi 3. dubiū.
ribus scarcat supposito qd dispensationis
tempore nullus verissimilis in heretis bel-
litinis: or: quasi sine causa subsistente fue-
rit facta.

C Quartum dubium est: an dispen- 4. dubiū.
satio sit in valida: quia in ea narratur
pro parte serenissimi Henrici fuisse
supplicatum: & de mandato eius non
constat.

C Quintum dubium: an dispensatio dis- 5. dubiū.
catur sub reticione: quia animū ad matris
nō onum contrahendum & ad pacem
conseruandam in dispensatione expre-
sa in eo: qui in pubes erat: esse non
poterat.

C Sextum dubium utrum per protec- 6. dubiū.
stationē factam ab Henrico: in initio
pubertatis dispensatio: & sponsalia an-
te contracta debeant viribus carcere.

Et de legitimitate pro licet corndem,

Pagi.xcvij.

7.dubiū ¶ Septimum dubium: an si reperiatur q̄ serenissimus rex Henricus dispensationi renunciauerit, matrimonii subsequens sit nullum.

8.dubiū ¶ Octauum an dispensatio possit dici nulla: quia cum affinitatis, & publicae honestatis iustitiae impedimenta sub es sent: in supplicatione solum modo de affinitatis impedimento fuit facta mentio, & non publicae honestatis iustitiae impedimento neq̄ super eo dispensatū.

9.dubiū ¶ Nonum dubium: an presumatur matrimonium inter serenissimos Arturum, & Katherinam fuisse consummatum excohabitatione, & thoricommuniione.

10.dubiū ¶ Decimum, an sponsalia contracta inter prefatos principes Henricum, & Katherinam tenuerint cum non fuerit dispensatum super sponsalibus iam contractis: sed solum super matrimonio contrahendo, vel iam contracto.

11.dubiū ¶ Undecimum, vtrum quia tempore dispensationis obtentæ Henricus q̄ erat inhabilis ad matrimonium contrahendum quia impubes erat: dispensatio sit in efficax; licet fact⁹ maior matrimonium contraxerit, vel sufficiat fuisse habilem tempore cōtracti matrimonij; & sic tempore executionis vel effectus dispensationis.

12.dubiū ¶ Duodecimum dubium, vtrum dictum matrimonium ex eo sit inualidū: quia tempore quo fuit contractum dispensationis causa cessabat; videlicet cōseruatio pacis, & amicitiae inter serenissimum Henricum septimum, & Ferdinandum & Elizabeth Reges prefatos; nam ante matrimonium contractum inter prefatos principes, Henricus septim⁹, & Elizabeth erāt defūcti.

13.dubiū ¶ Decimum tertium dubium est: an

cōstito: q̄ domina Katherina fuerit ab Arturo carnaliter cognita: an dispensatio sit inualida: q̄ nō firmiter, nec p̄ asertive, sed sub dubio forsan in supplicatione: & dispensatione: id sit dictum.

¶ Decimum quartum, vtrum dispensatio etiam ex falsa causa obtenta valeat & substineri valeat ratione scandali evitandi.

Q Vantum ad primum dubium, Quartū & principale q̄ est difficilior, ad p̄mū nibus alijs in quo tota vis p̄det scilicet dubiū. an ducere in vxorem relictam fratris si ne liberis defuncti sit diuina lege prohibutum; an humana tantum & positiva. & ex dispositione ecclesiæ videtur dicēdum quod iste affinitatis gradus, qui est inter fratrem superstitem, & relictam fratris defuncti sine liberis; non est diuina lege prohibitus: sed humana tantum: & ex constitutione ecclesiæ: q̄ probatur sic: quia licet iste sit prim⁹ affinitatis gradus: & olim in lege veteri esset diuinitus prohibitus expresse: vt habeat Leutici. xvij. &. xx.capi.vbi dicitur: vxorem fratris nullus accipiat: & tantum permittetur dispensatio ad suscitandum semen fratris defuncti. & ita tenet Petrus de palude in quarto sententiarum distin. 4. 1. q. 1. in fine qua dispensatio fiebat iure diuino: vt in c. olim. viij. q. 1. hodie tam enī non videtur prohibutū: nisi iure positivo: & canonico: vt in c. fina. de diuorcijs, & in concilio Agathensi. c. lx. 1. quia illud preceptū non erat morale: sed iudiciale: vel ceremoniale preceptū: patet quia ceremonialia precepta fuerūt illi populo data ad significandum aliquid in futurū: secūdum beatum Thomā. 2. 2. q. lxxx. viij. articulo. 1. in corpore quæstio nis: sed istud erat figuratiū: & signifi-

cabat aliquid in futurum: ut patet in di-
cto. c. olim. viij. q. i. ergo erat preceptū
ceremoniale: & precepta ceremonialia
hodie non obligant secundum sanctum
Thomam: vbi supra: & hoc tenet Tho-
mas deuio cardinalis in commento. su-
pra sanctum Thomam. 2.2. q. c. l. iiij. ar-
ti. ix. in solutione ad. l. argumentum. di-
cens: quod solum quo ad parentes: &
liberos est preceptum morale, quo ad
alias vero personas ibi numeratas est
preceptum iudiciale: vel potest dicit: q
si non est preceptum ceremoniale est
saltem iudiciale: quæ precepta iudicia-
lia fuerunt illi populo data ad æquali-
tatem inter eos in uicem conseruandā:
licet aliquando aliquid in futurum si-
gnificant: vel erat preceptum mixtū
iudiciale: & morale: sicut erat: & est p-
ceptū de soluendis decimis: quod par-
tim est iudiciale: quia aliquid significa-
bat: & significat in futurū: & partī mo-
rale: quia in dictum quod adam ratione, et
æquitate naturali secundum beatum
Thomam vbi supra: & licet precepta
moralia legis veteris hodie obligant si-
cūt olim: sicut precepta diuina prece-
pta tamen iudicia: vel ceremonialia:
vel mixta hodie non obligant: ut pre-
cepta diuina: nisi sint renouata: & ap-
probata per ecclesiam: vel canonizata:
vel ab eo qui habet potestatē legis con-
condēdæ: & tunc obligarēt tanquam
leges humanæ: & positivæ institutio-
nes ecclesiæ: & non tanquam leges di-
uinae: quia ex quo non habent vim seu
auctoritatem: nisi ex approbatione: &
confirmatione ecclesiæ: vel alterius su-
perioris habentis potestatem legis cō-
dendæ, non dicuntur leges diuinæ: sed
humanæ: quia omnia nostra facimus:
quibus a nobis auctoritas impartitur.

exemplum ponit sanctus Thomas: in
precepto iudiciali veteris legis: quo ca-
ueatur: q uod quis urauis eslet bouē
redderet quatuor: ut habetur: Exdi.
xxij. dicit quod illud non obligat ho-
die: tamen si ab aliquo Regi fuerit hoc
preceptum renouatum subditi tenen-
tur seruare tanquam preceptum supe-
rioris: non tanquam preceptum diui-
num: & simile est quod habetur in. c. l.
de adulte. vbi dicitur si subduxerit q
virginem: & corruperit eam: dotabit
eam: & habebit uxorem: quia similiter
illud erat preceptū iudiciale: & hodie
non obligat: nisi tanquam ius positiū
& canonicum: & similia precepta iudi-
cialia vel mixta: quæ hodie sunt reno-
uata: & confirmata per iura canonica:
vel leges humanæ, non obligat tanq
leges & precepta diuina: sed tanquam
leges humanæ & positivæ, ibi sicut san-
ctus Thomas: in loco prelegato: &
abulensis super Mathæum. c. l. t. m. alia
ratione videtur dicendum illud prece-
ptum non esse morale: quia moralia
precepta obligabat semper: & ad sem-
per: & erant indispesabilia: sed hoc pre-
ceptum non obligabat semper: & erat
dispensabile: quæ dispensatio fiebat iu-
re diuino: nam iure diuino: ita abstine-
bat ab uxore fratris: sicut a sorore: sed
in casu infra scripto permittebatur se-
cundum palude: vbi supra. scilicet ad
fuscitandum secundum fratris defunctis sine
liberis permittebatur ducere uxorem
relictam fratris: vt in. c. dicto. c. olim. er-
go non erat morale: quod erat iudicia-
le: vel ceremonialie, vel mixtum: & cum
hodie sit renouatum: & approbatum
per ius canonicum in. c. tna. dediutor.
& in dicto cōcilio Agathensi, non ligat
quasi lex diuina: sed quasi lex humana;

& positiva, & ex constitutione ecclesiæ. **C**Præterea q[uod] non sit morale facit alia ratio: nam si morale esset, Papa nō dispensaret, neq[ue] concederet nouiter conuersis ex iudeis, q[uod] vterentur talibus matrimonij contractis cum reliquo fratribus, antequam ad fidem convertantur ad suscitandam problematram: sed dispensat, & concedit eis in dicto. c. fina. ergo. &c. confirmatur hoc ex his quæ dicit Petrus de palude in quarto sententiarum distin. xl. q. prima versi, est tamen dubium, vbi dicit, quod si prohibitio legis esset pura iudicialis non moralis: hodie non ligaret nisi quantum esset iure canonico renouata, & sic in omnibus illis gradibus Papa dispensaret, & eadem ratione est idem dicendum licet ipse non dicat si esset ceremonialis, vel mixta: vt super dictum est: sed cum hodie Papa dispenseat cum nouiter conuersis: qui in illo casu contraxerunt: antequam conuerterentur: vt possint in illis matrimonij permanere: ergo illud non erat preceptum morale: quia si esset nō sic disunite, & generaliter dispensaret, & concederet ius nouum statuendo: & legem Moysaicam renouando etiam talibus conuersis, verum tamen est q[uod] Petrus de palude in loco prelegato videtur in uno contra dicere nostri intento: dicit enim emines fere gradus diuinæ lege prohibitos videri naturali ratione esse prohibitos: & sic cum hoc erat diuina lege prohibitum videtur in morale preceptum: quia emines precepita moralia erant in dicta quadam ratione naturali: & morali: vt dicit sanctus Thomas ubi supra, & sic ad omnes illas personas lege veteri prohibitas cohabitantes est amicitia naturalis

sinc alio secedere matrimonij: vnde, q[uod] natura nihil facit frustra: vbi sunt aliae mulieres ex quibus potest esse generatione: sicut existit frustra fit matrimonium cum istis: quod non est necesse: neq[ue] propter amicitiam: idem dicit idem sanctus Thomas, 2.2. q. cliii. arti. ix. & ibi Thomas deuio in commento: quod probabilius est quod Papa non possit in his dispensare: sed si bene ponderentur, & inspiciantur verba domini Petri de palude non contradicunt dum loquitur cum temperamento fere: & dum dicit: quando non est necesse: vel quod nō est necesse: & sic sentire videatur: quod non est necesse gradus in lege Mosayca erant naturali ratione prohibiti: sed aliqui tantum: & hoc propriè potest intelligi: in ascendentibus & descentibus: & in colateralibus in linea in æquali ascendentium: & descendientium in primo: & secundo gradu consanguinitatis: & affinitatis: ut tenet communis doctores theologiae in quarto sententiarum distin. xl. &. xli. & sanctus Thomas ubi supra: & Ioannes lupus de canus segoviensis in tractatu de matrimonio & legitimatione: in quibus locis referunt doctores: quod etiam animalia bruta naturaliter aborrent talam coniunctionem: & ibi perunt de multis animalibus: quæ hanc coniunctionem oborrerunt, vnde Adam inspiratus a deo dixit propter hanc relinquit hominem patrem: & matrem: unde ceteras personas permisso videtur: ex quo solum prohibuit patrem: & matrem: Ita in dum dicit ipse dominus Petrus de palude: quod quando est necesse: sentire videtur quod quando est necesse: vel sub est necessitas potest Papa in his gradibus diuina lege fro-

hibitis dispensare: sicut etiam olim permittebatur, ad fuscitandum semen fratris: ut in dicto. c. olim. Item supposito, quod dictus primus gradus affinitatis esset, & sit prohibitus lege diuina, & naturali ratione, & non lege humana, vel canonica: adhuc videtur, q[uod] gradus iste sit dispensabilis per papam ex causa iusta: quia sicut olim permittebatur dispensariue ad fuscitandum semen fratris: hodie similiter ex simili, vel alia iuxta causâ potest dispensari per Papam, qui est Christi vicarius, & habet vices dei in terris: ut in, capi. quodcunq[ue]. xxijij. q. i. cum. c. precedenti: & dei, & papæ idem est consistorium: ut in, c. secundo, & tercio de transla. prela. pro hoc etiam facit, q[uod] notat Focinus in, c. quæ in ecclesiariū de consti. v. colun. vbi dicitur, quod quando lex diuina fuit, aliquando limitata vel dispensabilis ex aliqua causa: hodie ex eadem: vel simili causa efficiatur dispensabilis: pro quo etiam facit: quia licet hoc sit prohibitum a iure diuino: tamen Papa licet non possit in totum tollere ius diuinum: potest tamen per modum relaxationis, & dispensationis illud limitare: & restringere: ut tenent communiter theologi in, 4. senten. distinctio. xxxvij. & Ricardus, ibi in, q. prima arti. ix. & Petrus de palude ibi. q. 4. arti. 4. loquentes in dispensatione voti, cuius impletio est de iure diuino. Item quia quædam precepta diuina sunt irremissibilia: vel in dispensabili: vt est preceptum de adoratione unius Dei. & de honoratione parentum, quædam vero precepta diuina sunt remissibilia: & dispensabili: vt preceptum solutionis decimarum; & preceptum: quod

non reddatur mutuum proditoripatriæ: & similia: ita tenet dominus Abbas in, c. a nobis de decimis: posthostiæ, & prepositus Alexandrinus in, c. consequens. xi. distin. hinc etiam est: quod Papa potest facere de monacho non monachum: & quod non sit obligatus ad tria vota substantialia religiosis, ita tenet Ricard⁹ vbi supra: & Petrus de palude in, xij. conclusione: & canonistæ. Maxime Philippus Francis in regula sc̄mel deo dicatum: de regu. iu. libro sexto Inno. & alijs doctores communiter in, c. cum ad monasteriem de c̄statu. regula, licet Sarcius Thomas in hoc teneat c̄ntrarium secunda secundæ. q. lxxxvij. arti. xi. sed ipsemet tenet primam opinionem in, 4. senten. distin. xxxvij. arti. 4. q. i. & illa est communior. secundum Focilinum in, c. si quando, 3. colun. de rescriptis, tenet etiam hanc opinionem prepositus in, c. de illo. xxxij. distin. similitate dispensat in solutione decimarum, licet sint debitæ de iure diuino: ut per sanctum Thomam secunda secundæ. q. lxxxvij. in arti. primo: & similiter dispesat in secundo consanguinitatis gradu & affinitatis in linea collateralia æquali, ut tenent glo. communiter in, c. literas de restitu. spolia. & in summa. xxxv. q. vij. & in, c. pitatiū. xxx. q. 3. & etiam in secundo gradu collateraliū in linea in equali, licet iste sit prohibitus de iure diuino. ut tenet Petrus de palude in, 4. sententiārum distin. xli. q. i. ut puta quod patratus contrahat matrimonium cum consobrina; vel matertera cum sobrino filio fratris & ceteris similibus. Item quia cadem ratione prohibetur: primus gradus consanguinitatis & affinitatis de iure diuini,

no prohibetur etiam secundus; scilicet quia naturalis ratio dicit & suadet inter eas personas non esse carnalem accessum; propter turpitudem; nec est diuersa vel maior ratio in uno gradu quam in alio sed in .2. gradu consanguinitatis; vel affinitatis semper dispensat Papa inter collaterales ex causa; ergo ex eadem vel simili causa poterit etiam dispensare in primo gradu affinitatis vel consanguinitatis collateralium; & ita etiam tenet Abbas in .c. peruerenabilem. 4. column. qui filii sint legitimi, dicens quod in omnibus gradibus diuina lege prohibitis; Papa ex causa potest dispensare faciunt notata per Focelinum in .c. fina. de maio. & obedient. vbi ponit plures casus in quibus Papa dispensat contra ius diuinum. Propterea in isto casu dispensat in matrimonio iam contracto cum his: qui contraxerunt dum essent in fideles; & conuersi fuerunt ad fidem; quod non esset; si iste gradus esset prohibitus iure naturali: cui omnes etiam infideles subiecti esse debent; secundum Caetanum vbi supra; & vt indicto .c. fina. de diuor. si potest dispense in matrimonio contracto; & in contrahendo: quia non minus est contra ius diuinum unum quam aliud neque minor ratio prohibitionis: & si non posset dispensare in matrimonio contrahendo: nec in iam contracto: cum virumquam sit contra ius diuinum. videat legens Ricardum in quarto sententiarum distin. xl. articu. primo. q. quinta. Ex omnibus supradictis infertur; quod iste primus gradus affinitatis non est prohibitus a iure diuino: vel naturali: sed a lege humana: & constitutione ecclesiæ: quia non est preceptum morale: sed iudiciale; vel

mixtum renouatum vel approbatum ab ecclesia: unde cum sit meritiuris possit: potest Papa in eo dispense: etiam sine causa: ut in simili dicit Innocentius in .c. cum ad monasterium de statu regula. quem sequuntur doctores communiter: secundum Focelinum in .c. quæ in ecclesiarum de consti. & supposito quod iste gradus affinitatis sit prohibitus de iure diuino: Papa cum causa potest in eo dispensare: maxime inter reges: & principes cum quibus facilius dispensatur: & ita expresse tenet Thomas deuio vbi supra: & ita seruit de stilo: & consuetudine romanæ ecclesiæ pro ut in simili tenet Ricardus in .4. senten. distin. xxxviij. articu. ix. q. 1. licet Petrus de palude in .4. distin .4. q. 1. versi. est tamen dubium loquens generaliter de omnibus gradibus diuina lege prohibitis contrarium teneat: & specialiter in hoc casu distin. xli. articu. quinto. q. 1. in secunda conclusione.

CQuantum ad secundum dubium ad .7. duodecimum est, quod ex dictis supra in primo dubio patet resolutio: quibus etiam potest addi quod dicit Abbas in .c. fina. column. de transactio. Item probatur: ex coram munice consuetudine: & stilo sedis apostolicæ. quia communiter in tali gradu dispensare consuevit: quæ consuetudo pro legeseruanda est: & est optima legum interpretatio: ut in .l. si de interpretatione. & .l. diuturna. ff. delegi. & est magna eius auctoritas. c. cum consuetudinis de consue. & .l. secunda. c. quæ sit longa consue. maxime cum sit immemorialis. l. hoc iure. & ductus aquæ. ff. de aqua. quanto: & esti. c. super quibusdam de verbo signi. & nendum interpretatur. l. huma-

nam & positivam: sed etiam legem diuinam iuxta notata in.c. fina. de cōsuetu. & stilus curiæ Romanæ facit ius.c. quām graui de cri.fal. & probatur etiā arguēdo de statuto. principis ad cōsuetudinem, quōd est validum argumentum iuxta notata per Bart. in.l. de qui b9. ff. de legi. sed ius naturale & diuinū potest limitari & restringi & de clara. ri per statutum principis: vt notat idē Bartho. in repeti. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & notatur etiam in.c. q̄ in ecclesiarum de consti. per canonist. ergo & per consuetudinem ex predictis etiam insertur quōd siue ista prohibitio matrimonij sit de iure diuino siue positivo quōd potest substineri tā respectu fori contentiosi quām respe. Etu fori conscientiæ cum in vtroq; casu & euentu P apa potuerit dispensa. re in primo casu existente causa maxime quia P apa semper presumitur motus ex causa iuxta: vt notatur per abbatem in.c. quām in ecclesiarum de consti. tu. & per legistas in lege. l. fina. c. si contra ius vel vtili. & l. quotiens & l. rescripta. deprec. impe. offeren.

ad.3. du. **Q**uantum ad tertium dubium est dicendum, quod talis dispensatio sit valida neq; eo pretextu quod dispensationis tempore nullus verissimilis erat bellum reges Angliæ & Hispaniæ debeat inualida reputari & hoc procederet sine dubio in hæreudo primæ opinioni ipsa prohibitio matrimonij sit de iure positivo & non de iure diuino: vt supra dictum est in principio primi dubij: quia sicut sola voluntate potestius condere: vt in. .s. sed quod principi. insti. de iure natu. gēti. & ciui. ita contraria voluntate potest illud collere: quia omnis res. &c. vt in

regula prima de regu. iu. & in lege. nihil tā naturale. ff. de regu. iu. & ita etiā tenei p̄positus in.c. consequēs. xi. dist. sed si tequamur secundam opinionem quōd iste gradus affinitatis sit de iure diuino iunc ad hoc dubium potestres. respōderi quōd licet tempore impetrationis dispensationis nō sub esset timor belli inter prefatos Reges Angliæ & Hispaniæ tamē quia faciliter inter reges & principes solent oriri bella & seditiones & maxime poterāt oriri propter restitutionem dotis & arrarum et eius serenissima reginæ quāe sibi debebantur: propter dissolutionem matrionij inter ipsam & principē Arturū & propter restitutionem iocaliorum iuxta notata per glo. & Abbatem in rubri. de dona. inter vi. & vxo. licet ad hoc bella nō sub essent mota, neq; fuisse facta diffidatio ex vtracq; parte nec exercitus essent parati: iusta fuit causa dispensandi predicta & suberat verissimilis timor belli propter restitutionem omnium predictorum: quia bonum pacis & concordiae est iustissima causa dispensandi: vt dicit Abbas in.c. quia circa de consanguini & affini. & maxime inter reges & principes: vt dicit prepositus in.c. de illo. xxxij. distin. quia ex discordijs & inimicijs corum multa homicidia furta & rapina adulteria & strupa & estrages sequunt mul torū & alia multa mala. Vclaliter pot dici poterādo verba dispensatiōis ibi dū dicit ad hoc: vt vinculum pacis et amicitiae inter prefatos regē & reginā diuitius permaneat. &c. & sic illa dispensatio fuit facta: vt vinculum pacis & amicitiae iam contractum per matrimonium cōtractum inter principem Arturum & reginam diuitius permaneret & per

seueraret per secūdum matrimonium contrahendum inter Henricum, & prefatam reginam & sic nō solum gratia pacis & amicitiae de nouo contrahēdā: sed magis gratia conseruandæ, pro ut verba dispensationis innuūt videretur sufficere pro iustificatione dispē-
sationis quod tempore contracti matri-
monij inter prefatam Reginam &
principem Arturum fuerit timor bel-
li inter prefatos reges licet nō fuerit tē-
pore impetratae dispēsationis: quia nō
dicitur falsum quod habuit aliquod
primordium veritatis: vt in. l. cum fi-
lius. §. b̄rcs. ff. de lega. secundo illa
dispensatio, vt dixi, non fuit facta causa
pacis de nouo iniendæ: sed magis gra-
tia conseruandæ, quod est multum at-
tendendum & aduertendum cum ver-
ba dispensationis & priuilegiū debeat
intelligi: vt aliquid operentur: vt in. c.
si Papa de priuileg. li. vi. & in. l. si quā-
do. ff. de lega. i. & sicut reformatio pa-
cis int̄ duos reges vel príncipes est iusta
causa italib⁹ gradib⁹ dispēsādi ita etiā
pacis & amicitiae cōseruatio: q̄a nō mi-
nor est virtus quā querere parta tucrī.

dubiu **¶** Quātum ad quartum dubium est
dicendum: quod licet ex parte predi-
cēti serenissimi regis Henrici non inter-
veniret mandatum ad obtinendam dis-
pēsam dispensationem hoc nullum vi-
detur esse inconueniens ad dispensa-
tionis validitatem licet in ea narratur,
pro parte vtriusq; fuisse supplicatum &
non constat de mandato regis. tum
quia talis dispensatio est gratiola. pro
ut ex tenore dispensationis colligitur:
ibi de expeciali dono gratiae dispensa-
mus, & tales literæ gratiolæ possunt p
amicos impetrari et cōiunctos sine mā-
dato: vt notatur: p glo. in. c. ad aures &

c. nō nulli de rescrip. maxime q̄a pater
predicē regis impetravit dictā dispen-
sationē, qui nullo egebat mādato filij:
vt in. l. sed hā personā. ff. de precu. tū
etiam quia in casu in quo dicta dispēsa-
tio non valeret sine speciali mādato ip-
suis regis: tamē ex quo p̄fatus rex Hēr-
icus fuit usus dicta dispēsatione cōtra-
hendo matrimonij publice & solēni-
ter in facie ecclesiæ visus fuit cā appro-
basse & ratificasse tacite: ex q̄ non fuit
protestatus cōtrariū. arg. textus in cle.
prima de procu. quia potest q̄s ratifica-
re quod suo nomine gestum est. & ta-
lis ratihabitio retro trahitur, & man-
dato comparatur: vt in regula rati ha-
bitionē. de regu. iu. li. vi. & c. cū quis de-
sentē. ex co. li. vi. quinimō & si. p̄festa-
tus fuisse p̄ non animo apprebādi vel
ratificādi dictā dispēsationē contrahe-
ret hec p̄testatio cū esset cōtraria factō
nihil ei p̄dēset neq; ipsū reluaret vel
excusaret. c. cū. m. de const. l. nō solū. §.
morte. ff. d. noui ope. nūcia. ad hoc etiā
facit singularis decisio dñorū de Rota.
indicio. nouis dci. cccc. l. v. vbi dicit:
quod licet gesta p̄ falū p̄ curatore sint
nulla tū si dominus sc̄iēter fuit usus eis
tū tacite videt, ea ratificasse & valēt et
sic in p̄posito dicēdū est q̄ ex quo p̄fa-
tus rex Hēric⁹ sc̄iēter fuit usus dicta
dispēsatione contrahēdo matrimonij
publice & solēniter in facie ecclesiæ ta-
cite fuit usus cā approbare & ratifica-
re licet sine ei⁹ mādato & volūtate fuis-
set obtenta facit etiam ad confirmatio-
nem: quia cum papa in narratiōe facti
enarret sib⁹ fuisse supplicatū, p̄ pte viri
usq;. l. Henrici regis & Katherinæ re-
ginæ & yba narratiua Papæ inducūt
dispositionē & probationē, et trāferit
onus p̄bādi cōtrariū indicētē vel alle-

rentem contrarium: ut cle. prima de
proba. fundata est ergo intentio regis
ad. s. du. nœ in hoc. **Q**uantum ad quintum
dubium dicendum est: quod dicta dis-
pensatio non sit iudicanda surreptitia
ex eo, quod prefatus Rex Henricus
tempore dispensationis obtentæ erat
impubes: propter quod non poterat
videri habere animū ad pacis, vel ami-
citatē cōseruationē: vel ad matrimoniu-
m cōtrahēdū: q̄ probat sic, licet enim rex
Henricus esset impubes: erat proxim-
mus pubertati, & dolicapax, quod vi-
detur sufficere: vt in. .s. pupillus insti-
tu. de inutili. stipu. l. apud celum. ff.
de dolī exceptio. notatur. in. l. donata-
rum. C. de acqui. posse, & in. c. primo,
& secundo de desponsa. impube. li. vi.
& in. c. puberes eodem titulo. in. c. iu-
uenis desponsa, & notatur per Abba-
tem in. c. de illis de desponsa. impu. glo-
sa in summa. xx. q. i. vbi refert. de quo-
dam puerō nouenio: qui reddidit nu-
tricem suam pregnantem: quia paria
sunt esse puberem, vel pubertati pro-
ximum, & malitia supplet defectum æ-
tatis: vt notatur iniuribus, & locis pre-
allegatis. notatur etiam in. c. primo de
delictis puerō. & cum esset dolicapax
dicitur habuisse annos discretionis, &
dicitur proximus septennio, vel post
septennium parū plus, vel minus: quia
tunc egreditur infantiam, & incipit iē-
dere ad pubertatem: vt indictis. c. pri-
mo, & secundo de delictis puerō. facit
c. literas, & quod ibi notatur despon-
sa. impube. pro quo etiā facit: quia di-
cta dispensatio fuit concessa gratia pa-
cis, & amicitiatē conseruandæ, quæ ami-
citatia, & pax potest iuste, & licite pro-
curari licet non sit aliquis timor belli,
vel discordia, cum ratio naturalis, ami-

citiam quandam, & cognationem in-
ter homines constituit: vt. l. vt vim. ff.
de. iusti. & iure. facit, quod dicit San-
ctus Thomas secunda, secundæ. q. cxl.
arti. primo loquendo de amicitia: &
affabilitate. pro hoc etiam facit: & licet
ipse rex Henricus non habuerit ani-
mum amicitiatē, & pacis propter defe-
ctum ætatis habuerunt tamen paren-
tes eius, quod sufficit. & etiam facit pro
hoc: quia omnis subgestio falsitatis, vel
supressio veritatis viciat gratiam apo-
stolicam: sed illa duntaxat, quæ si papa
exprimiretur: gratiam de negaret, vel
non de facili concederet argumētum
eorum: quæ notatur in. c. super literis
de rescrip. Item quia taciturnitas nun-
quam viciat gratiam: quādo ex narra-
tione: & forma prouisionis est verisi-
militer principi notum factum: & quā
do princeps facit aliquem actum: qui
potest certo obstaculo impediri: si scit
illud obstaculum: & est in eius potesta-
te illud tollere, & tacite dispensare li-
cet nihil dicat neq; aliquid sibi dicatur:
vt est textus singularis in. l. idem vlpī-
anus. .s. fina. ff. de excusa. tuto. &
in lege quidam consulebant. ff. de re
iudi. non enim est necesse alicui nun-
ciare aliquid quod ipse per se ipsum
verisimiliter scire potest. l. prima in fine
ff. de actio. empe. & l. ea quæ. .s. si in-
telligitur. ff. de edilitio. edict. & in re-
gula eum qui de regu. iu. libro sexto: et
facta istorum principum presumun-
tur esse nota Papæ tempore dispen-
sationis: sicut & alia facta principum
presumuntur esse notoria. argumen-
textus in. c. non est vobis desponsa-
libus, & circa predicta est singularis
discisio Rotæ: in nouis decisionibus
decis. cccc. lxvij. incipit extra Ro-

tam: & maxime ista amicitia: & concordia est procuranda inter Reges: & principes: quia cum sint capita reipublicæ Christianæ, ipsis discordatibus & certantibus inter se, resp publica christiana maximum patitur incommodum: quia multa mala & inconvenientia sequuntur: & sicut concordia parvae res crescunt sic discordia maximæ dilabuntur. vt dicit bñs Hieronymus & auctor pacis non bene colitur: nisi tempore pacis: & multa mala & in convenientia, quæ sequuntur ex bello vide per bal. in. l. vna in primo. C. de eadu. tollen. ex quibus omnibus conclusum in hoc dubio: quod dicta dispensatio non debeat sub repticia iudicari.

Quantum ad sextum dubium est dicendum: quod ex protestatione facta a predicto serenissimo Rege Henrico: in initio pubertatis sponsalia an ea facta: & dispensatio postea sequuta non debeant viribus carere: quia per copulam sequutam post dictam protestationem viuis fuit a protestatione recessisse: argumentum textus in. c. consultationi. desponsa. & quod notatur in. c. tua nos. eo. titu. & protestatio fuit contraria facto postea sequuto: vnde non relevabit Regem protestatem: vt in. c. sollicitudinem deappe. &. c. cum. m. de consti. &. l. non solum. &. morte. ss. de nouo ope. nuncia. facit etiam singulis decisio Rotæ. in decisionibus nostris subtjulo despensi. deci. cccc. lxij. vbi dicitur: quod habitatio mutua superueniens post pubertatem ratificat matrimonium per infantes contractum: ergo a fortiori ratificat si cum mutua cohabitatione interueniat copula carnalis: pro quo etiam facit: quod notat Imola. in cle. prima de procura. v. co-

lun. vbi dicit: quod quando facit est insomnis intelligibile, per facit in uestimentis videatur accessum a protestatione precedenti. argt. l. locatio horæ rei. ff. loca.

Ex hoc etiam insertur ad determinand. 7. dubium. presatus Rex dispensationi & sponsalibus renunciauit: matrimonii sequens sit nullum: nam vt ex supra dictis patet: & colligitur: quod per mutuam cohabitationem: & copulam subsequuntam videtur a renunciatione: & protestatione recessisse: & matrimonium ratificasse: vnde dato casu, negato quod matrimonium non valuerit: vt extinc. a tempore contracti matrimonij, valebit tamen: vt ex nunc a tempore ratificationis: pro quo ultra superioris dicta: facit quod dicit Ioan. Andr. & ibi sequitur Abbas in. c. literas de resti. spoli. vbi dicit: quod si Papa despat in matrimonio contracto in gradibus prohibitis lege diuina: valebit matrimonium: vt ex nunc: & non: vt ex tunc: & sic dispensatio Papæ validat matrimonium nullum in vt ex tunc: illud ergo quod operatur dispensatio Papæ circa matrimonium nullum: operatur mutuus consensus cum cohabitacione mutua: & carnis copula subsequenta: quia quicquid potest fieri: per legem viuam vel mortuam: potest fieri per pactum vel matrimonium: vel mutuum concessum contrahentium tacitum: vel expressum. argu. l. non impossibile. ss. de pactis.

Quantum ad octauum dubium dicendum est: qd dispensatio predicta non debet dicinulla eo pretextu: qd cù affinitatis: & publicæ honestatis iustitiae impeditem. tainter pñatos Reges, & Reginas sub cl-

sent indispensatione, & supplicatione: solum modo est facta mentio de affinitatis impedimento publicæ honestatis iustitiae: quod probatur tūc ex his: quæ notat Abbas in. c. non debet de consanguini. & affini. & ibi glosatum ex his, quæ notat foelinus in. ca. postulasti. xvi. colū. de rescriptis versi. ad de etiam septimam limitationem: ubi dicit: quod dispensatio facta in materia matrimonialidebet large intelligi in favorem matrimonij; facit etiam quod notat Guillermus de mōte laudugno. in suo sacramentali ad finem: ubi dicit, quod valet dispensatio facta super impedimento affinitatis, & virtus talis dispensationis extenditur ad impedimentum publicæ honestatis iustitiae: licet de eo non fuerit facta mentio, contra rium teneat Ioannes Andreas; in arbo re affinitatis. sed contra eum tenet Fœlinus in dicto. c. postulasti: pro qua etiam opinione facit, quia in materia dispensationis licita est argumentatio de maiori ad minus affirmativa: quia dispensatus in maiori: videtur dispensatus in minori: ut tenet Abbas in. c. per venerabilem: qui filii sint legitimi, ubi est textus notabilis ad hoc: tenet idem Fœlinus in dicto. c. postulasti versi. octaua limitatio. in. xvi. colū. Item quia impedimentum publicæ honestatis iustitiae includitur sub impedimento affinitatis: quia vtrumq; nascitur ex eodem matrimonio, & maius, & principalius includit in se minus principale, & dispensatio extenditur ad inclusua: ut tenet prepositus: in. c. nos consuetudinem. xij. di. 1. colū. ex quibus omnibus patet. quod dispensatio facta super impedimento affinitatis, quod est maius impedimentum extenditur tacite ad

impedimentum publicæ honestatis iustitiae, quod est minus & inclusum sub impedimento affinitatis, licet de eo non fuerit facta mentio, arg. c. translato, de consti. & l. vna. C. de cupre.

Quantum ad nonum dubium: an 9. dubium, matrimonium contradictum inter principem Arturum, & serenissimam Reginam dominam Katherinam presumatur fuisse copula carnali consummatum, est dicendum: quod siue matrimonium presumatur consummatum siue non ex mutua cohabitatione: ut in c. literis, &c. illud de presumpti, tandem Papa potuit super tali impedimento dispensare siue sit de iure diuino, & tunc cum causa, siue sit demero iure positivo, & tūc cum causa, & sine causa. ut supradictum est in primo dūbio, & sic frustra queritur, vel dubitatur an matrimonium illud fuerit consummatum, vel non: quia etiam si vere constaret esse consummatum Papa posset dispensare iuxta supradicta, vel potest dici: quod assertio dicti Regis Henrici non sit standum in hoc casu: etiam si esset fama publica decopula, cum eius assertio sit contra matrimonium iam contractum: immo magis videtur estandum assertioni serenissimæ Reginæ afferentis contrarium cūstet pro matrimonio inxt notata in. c. super eo, de eo qui cognoscit, consanguini. vxo, suæ, & maximæ quia in dubio semper est sauendum matrimonio: ut in. ca. ex literis, de proba, probatur: unde dicit notabiliter hestiens in. c. si vir de cognatione spiri, quod ubi doctores, & magistris per suas glosas separari matrimonium, neq; assignant casum a iure expressum, si reperiatur unus doctor, vel magister sub stirps ma-

Et de legitimitate proli's eorundem.

Pagi: eviij,

ad.10. du
bium.

Crimonium illius opinionis est sequen-
da: ex quo sequitur quod in causa ma-
trimoniali illa opinio est sequenda, quae
magis fabet matrimonio: si opinio con-
traria sit communior; nisi opinio com-
munis haberet casum expressum pro-
se, quod est multum notabile: & illam
doctrinam hostiles refert: & sequitur:
ibi Abbas, & cardinalis, & Ioan. And,
Circa decimum dubium est dicen-
dum, qd sponsalia contracta inter pre-
fatos regem, & reginam tenuerunt, &
valuerunt; etiam si super sponsalibus
non fuerit dispensatus, quod probatur
ratione: & iure: nam dispensatus super
consequenti videtur dispensatus, & ha-
bilitatus super antecedenti: & preambu-
lo: cum ad positionem consequentis se
quatur positio antecedentis. I. illud, ff.
de a q. hæredi. I. q. uis. C. de fidei cōmi.
& qn̄cumqz aliquid concedituro si vi-
detur cōcessa per quæ peruenitur ad il-
lud. I. 2. ff. de iurisdi. cōmni. iudi. c. præ-
terea: de off. delega. cū s̄ milibus: iūm
etiam ut supr adixi. habilitatus, & dis-
pensatus in maiori: & difficiliori videtur
dispensatus, & habilitatus in minori: &
faciliore. Itē suposto, & habito pro cō-
stanti: qd sponsalia præambula essent
nulla: quia in eis nō extitit dispensatus,
& dispensatio super matrimonio non
extenderetur, ad sponsalia precedentia
nullitas tamen vel vicium sponsaliorū
non viciat: vel at nullat matrimonio
nium postea contractum virtute & vi-
gore dispensationis: quia illud quod est
minus dignum non potest ad se trahe-
re illud: qd est magis dignum: imo po-
tius est econtra. c. quod indubij de cō-
secra. ecclesiā: vel alta, itē quia ad con-
trahendum matrimonium non requi-
ritur: qd precedant sponsalia de futuro

immo eis non precedentibus: neq; cele-
braitis potest matrimoniu contrahi: yn
de non fuit necessaria dispensatio su-
per illis: sed sufficit dispensatum fuisse
super matrimonio: idco indispensatio
ne non fuit habitamentio de sponsali-
bus. **A**dvndecimum dubium vide ad. ii. du-
tur dicendum: qd licet tempore dispensatum,
sationis obtentæ serenissimus rex H̄er-
cus esset impotens ad matrimoniu cō-
trahendum: quia impubes erat dispen-
satio hac de causa nō sit inefficax: & si c
habiliitas vel i habilitas ad matrimoniu
trahendum: non debet attendi, vel con-
siderari tempore dispensationis cōten-
ta: sed tempore quo dispensatio incipit
sortiri effectum. & dispensatus vtitur
dispensatione scilicet tempore quo ma-
trrimoniu cōtrahitur vigore ipsius
dispensationis: ad quod facit textus: quē
ibi notat Abbas in. c. de uxore de sepul-
tu. & in. c. accipimus. de pactis. c. b̄c r̄ æ
ñ. de eleccio. & in. c. significauerunt de
testi. & ibi Abbas. vi. colun. vbi notat
quod ad considerandum habilitatem:
vel in habilitatem alicuius attenditur,
tempus in quo dispositio incipit habe-
re effectum: quando inhabilitas est re-
spectu effectus: & non attento initio se-
cūdum abbatem in. dicto. c. de uxore
facit lex quod sponsæ. c. de dona. ante
nup. I. in tempus. ff. de heredi. institue.
pro quo etiam facit, quia licet collatio
beneficij facta excommunicato: nō va-
let. c. postulasti. de clericō. exco. tamen
si aliquis erat excommunicatus tempo
re acceptationis beneficij: & tempore
collationis est absolutus tenet colla-
tio: quia non acquiritur: ei ius ex acce-
ptatione: sed ex collatione. c. si tibi ab-
senti deprobendis. vi. facit glosa in. ca.
dilectus in secundo de probendis: sic in

proposito nostro dispensationumq; incipit sortiri effectum , nisi tempore quo matrimonium contrahitur: ergo sufficit habilitatem etatis adesse illo tempore, licet non adfuerit tempore imprestationis dispensationis , neq; obstat huic.c. si eo tempore de rescriptis, li, vi. quod videtur probare contrariū: quia ibi imprestatio beneficij curati: incipit assumere effectum at tempore ipsius imprestationis, ideo habilitas vel in habilitas consideratur , & attenditur : in illo tempore imprestationis quo prouideatur sibi de beneficio . cum prouisio papæ habeat vim electionis: & confirmationis . Sed in casu nostro dispensatio non incipiebat assumere effectum nisi tempore contracti matrimonij ideo habilitas vel in habilitas contrahentis attenditur eo tempore . vel aliter imprestatio beneficij curati est odiosa ; & restringenda.c. non potest , cum similibus depræben. lib. vi. quia cura animalium est stars artium.c. cū sit, de æta. & quali . cū nihil sit quod ecclesiæ dei magis officiat quam quod in habiles et imperiti assummantur ad regimem animalium.c. nihil de electio, ideo habilitas , vel inhabilitas imprestantis inspicitur tempore imprestationis: sed dispensatio super matrimonio est fauorabilis: quia matrimonium est , nimis fauorable. argu.l.i. & quæibi notantur. ff. solu. matrimoni, ideo habilitas vel in habilitas non consideratur tempore imprestationis: sed tempore quo matrimonium contrahitur: quia adhuc effectum dispensatio fuit obtenta, & imprestrata.

ad.ii.du. Ad duodecimum dubium videtur biuum. mihi dicendum: quod dictum matrimonium: non sit iudicandum inuali,

dum: ex eo quod tempore contracti matrimonij dispensationis causa cessabat cum in dispensatione: causa exprimatur, scilicet, ut vinculum pacis, & amicitiae inter prefatos reges , & reginam permaneret: quia tenendo primam opinionem de qua in primo dubio non est necessaria quædam causam subesse, neq; tempore dispensationis obtentæ necessaria tempore matrimonij contracti: vel alio tempore: & ideo licet a principio tempore dispensationis causa subesse: & postea tempore matrimonij contracti cessaret: nullum est inconueniens: cum causa non esset necessaria: vel si teneamus secundam opinionem potest dici quod sufficit , causam ad esse tempore dispensationis obtentæ: licet postea cesseret ante contractum matrimonij: quia quod ad hoc ut dispensatio non dicatur subrepticia: veritas narratorum debet considerari tempore imprestationis: ut tenet Abbas in. c. quia circa de consanguini. & affinita. quia tunc debet ex primi omnis veritas: quia moueret principem ad concedendum, vel negandum dispensationem, vel ad facilius vel difficilius concedendam: vel de negandam.c. super lircris: &. c. postulasti de rescrip. ex quo ergo a principio dispensationis obtentæ suberat causa, sufficit quod ad validitatem dispensationis: & matrimonij. licet postea cessauerit: & non durauerit, quia sufficit conditionem: vel causam semel existisse. arg.l.si quis haeredem.C. deinceps. & substi. licet non perseverauerit implementum, vel potest dici quod cū dispensatio fuerit facta grā pacis, & amicitia conservadæ: licet tempore matrimonij contracti cessauerit vnu. f. causa pacis. suberat adhuc causa alia amicitia: con-

Et de legitimitate proli's corundem.

Pag: xc.

seruanda; & licet cesseret una causa si alia sub est hoc sufficit; ut in . 4. affinitatis; iusti. de nupti.

Ad. 13. **Q**uatum ad decimum tertium dubium est dicendum quod supposito casu: quod serenissima regina fuerit a principe Arturo carnaliter cognita: non propter hoc disperatio debet in valida iudicari: quia sub dubio forsan id fuit expositum: quia licet propriae istud ad verbum forsan sit dubitatuum: vt per . glo. in . c. tuæ in verbo forsan de procu. & in . c. super literis de rescrisp. quandoq; tamen ponitur assertiue: & importat veritatem: vt dicunt illæ duæ glosæ: & glosa. in . c. 2. detesta. in verbo forte; & in . c. admonere . xxxij. q. secunda: facit quod dicit angelus. in . l. insubstitutiōe. ff. de vulga. & pupi. vbi dicit: quod si doctor consuluit per aduerbiū forsan: vel forte eius consilium est assertiū: & non dubitatuum: facit quod dicit Andraas siculus in repeti. c. raynaldus de testa. in . 3. colun. vbi dixit: q; aut sumus in his quæ sunt iuris: & versantur circa peritiam artis: & tunc talia aduerbia ponuntur affinitatiue aut profertur in facto: & in his quæ sunt facti: & tunc ponuntur dubitatue. sed in casu nostro istud aduerbiū forsan profertur in his: quæ versantur circa peritiam artis: quia vtrum mulier sit corrupta nec ne: vcl cognita a viro versatur circa peritiam artis: quia committitur discretis matronis: vt in . c. proposuisti de proba. & ibi otatur: ergo sequitur: quod illud aduerbiū in forsan non in dispensatione possum: m: ren sit dubitatuum: sed assertiū: quia Papa indispositione presupererit dominam reginā a principe Arturo carnaliter cognitam ante dispensationem

obtētam: vel potest dici: quod licet dicendum aduerbiū in dispensatione ponatur dubitatue nihil nocet: quia cum illud non esset nouum Papæ: & sit facti: poterat probabiliter ignorari pei Papam, ideo loquitur per aduerbiū forsan: quod inducit philosophicum temperamentum: secundum cardinalalem in . c. primo de postu. allegat. dicendum. c. tuæ: & c. super literis: & glo. indicto. c. secundo detesta. facit quod dicit idē dominus cardinalis indicto. c. tuæ: vbi dicit, quod aduerbiū forte prolatum a lege est assertiū: & non dubitatuum: si hoc est in lege mortua ergo idem erit in lege viua. s. in Papa ex quibus omnibus supradictis inferatur: quod siue illud aduerbiū forsan ponatur assertiue siue dubitatue nihil nocet: quia sumitur assertiue presupponit Papa consūmationē p̄imi matrimonij. & hoc nō obstante dispensat si pot. at: dubitatue similiter non nocet: quia etiam si consummatum esset primum matrimonium nihilominus Papa dispensasset sed vtitur verbo forsan: quia hoc pro certo non habebatur: an fuisse consummatum: vel non, ideo loquitur Papa cum temperamento forsan: quia sub dubio solēt semper respondere reperi & sapientes.

Quatum ad ultimum & finale Ad. 4. dubitum est dicendum: quod dato: & supposito si ne veritatis præ iudicio: q; dicta dispensatio esset obtenta ex falsa causa: nihilominus valeat: & teneat: & hoc maxime procedit: si teneatur prima opinio: quod iste gradus affinitatis est hodie tātum prohibitus de iure positivo: & ex constitutione ecclesia: & non de iure diuino: vt supra in primo dubio usum est: quia cum valeat

ret talis dispensatio, sine villa causa: ergo expressio falsæ causæ non debet nocere: quia paria sunt: nō esse, vel inutile esse. c. i. de prescrip. neq; omnis expressio falsæ causæ viciat gratiā: vel dispensationem apostolicam, sed illa tantum, qua expressa vel tacita gratiā nō concederet: vel non ita defaciliter concederet: vt in d. c. postulasti de rescrip: & c. super literis. sed hic nō erat talis causa: quia non est presumēdum, neq; credendum: q̄ propter expressionem: vel taciturnitatē istius causæ: quia matrimonium erat consummatum: interpretatum Arturum principē & dominam katherinam: papa desineret dictam dispensationem concedere: vel aliter si tecum secundam opinionem: q̄ iste gradus sit phibitus de iure diuino tūc dicendum: q̄ saltē ratione scandalī evitandi: talis dispensatio seruanda est: & tenenda: neq; contra veniendum est ei saltē in foro contentioso, pro quo facit glo. singularis in c. sup eo de cognitione spirituali. vbi dicit: q̄ cōscientia cuius transgressio induceret scādalum in habitat ad matrimonium contrahendum personas: quæ alias essent habiles ad contrahendum: si ergo consuetudo propter scādalum evitandū est tantæ virtutis: & potētiae: q̄ in habitat habiles ad contrahēdum matrimonium: ergo eadem ratione: propter scandalū: evitandum: exseparatione talis matrimonij est tollerandum tale matrimonium: & quia veritas iustitiæ multotiens relinquitur propter scandalū evitandum: vt notatur in regula: qui scandalizaverit de regu. iu. facit ad hoc q̄ te net sanctus Thomas in secunda parte. q. xc. vi. arti. vi. vbi dicit. q̄ lex positiva etiam iniusta est seruanda: propter eu-

iādum scādalum: quod dictum refert: & sequitur dominus Abbas. in. i. 3. col. 1. de cōst. si hoc est in lege, hoc erit descendū in dispensatione: quæ est lex priuata. c. priuilegiū. 4. distin. q̄ propter scandalū vitandū: quod verissimiliter sequeretur exseparatione matrimonij dispensatio predicta iupposito, q̄ cōset iniusta est seruanda in foro contentioso: quæ tamē non est: sed iustissima licet in foro conscientiæ: aliud esset: neq; est mirum vel nouum, q̄ vnum seruetur in foro conscientie: & aliud in foro contentioso: vt patet in. c. tua nos desponsali. & c. inquisitioni de senten. ex co. & in deceptione intra dimidiam iustiprecij: quæ permittitur in foro conscientioso: & non in foro conscientiæ: & in uxore adultera: q̄ permittitur a lege occidi a marito propria auctoritate: si deprehēditur in adulterio: & non permittitur in foro cōscientiæ: vt. c. admodum. xxxij. q. 2. & in multis alijs casibus in qbus vnū statuit in foro cōscientiæ: & aliud in foro cōtentioso: & maxime hoc procedit cum indubio semper presunatur papā fuisse motum ex causa iusta: siue dispensando: siue aliter disponendo: adeo q̄ non admittitur probatio in contrarium: vt tenet abbas: & doctores in. c. quæ in ecclesiarum de consti. & doctores legistæ in lege quotiens: & l. rescripta. C. de preci. Impe. offe. & in l. fina. c. si cōtra ius: vel utili. publi. & processus papæ, semper presumitur iustus: & non habere maculā neq; rugam: vt dicit abbas in. c. in causis de re iudi. & sic est expedita prima pars: Secunda pars.

CRestat nunc videre de secunda pars. i. pars. te, scilicet de legitimitate pro his habita ex tali matrimonio; & ex hac secun-

82

Secunda pars de legitimitate prolis.

Fagi. cxii.

da parte oriuntur similiter aliqua dubia; quibus oportet satisfacere,

i. dubiu. ¶ Primum dubium est, an proles procreata ex isto matrimonio contractio inter prefatos regem & reginam vigore dictae dispensationis sit legitima; quo ad successionem.

i. dubiſt. ¶ Secundum dubium est: si forte lata esset sententia diuorci interdictos regem & reginam: quod tamē non est credendum: immo contrariū si forte rex predictus: vi fertur: prolem ex concubina suscepit: durate isto matrimonio & sequiō post ea diuortio: contraheret rex Henricus cum concubina an proles ex casu suscepta legitimareetur per subsequens matrimonium contractum cum concubina.

3. dubiu. ¶ Tertium dubium an posset legitima ri per papam de ipsius regis consensu & petitione quo ad successionē regni.

4. dubiu. ¶ Quartum dubium an in casu in quo talis p̄oles suscepta ex concubina legitimaretur siue per subsequens matrimonium siue per priuilegium papae siue per eundem met regē tamē non cognoscētē superiorem talis proles legitimata excluderet prolem habitam & procreatam ex primo matrimonio a regni successione.

ad. i. du. ¶ Ad primum dubium huius secundae partis: quod est principale teneo conclusionē. q̄ dispensatio papae super matrimonio publice & solemniter in facie ecclesiae contracto virtute dictae dispensationis etiam in gradibus diuina lege prohibitis prole ex matrimonio sic contracto susceptam & procreatam legitimat quo ad omnia etiam si dispensatio talis & matrimonii in inde securum in valida postea iudicarentur & apparebant si tamen tempore contractū matri-

monij valida communiter reputabantur, & si non reputarentur. Ex quo se corre. i.

quitur corollarium solam iuris matrimonialis quasi possessionem dispensationis papalis titulo coloratā ad pro lis legitimationē sufficere. ¶ Sequitur corro. 2.

etiam aliud magis in specie, serenissimorum predictorum regum Henrici & Katharinae filia ex matrimonio in primo affinitatis gradu contractio pro creatā legitimam fore quo ad regni successionē & cuncta alia & si dispensatio & matrimonii forte inualida iudicaretur. &c.

¶ In confirmationē huius conclusoris & corollariorum faciunt sequētia fundamenta & rationes

¶ Primo probatur sic, titulus putat, i. fundatiū causatus ab errore iuris iustificat possessionem, & excusat possessionem a mala fide; & facit, cum bona fidei possessorem, l. sedet silege. s. sci-

re. si. de peti. hæredi. latē quo ad frumentus. per ceptosque, facit suos. ut per Paulū de castro. ibi & in l. cel. s. ff. de vnu capi. Abbas in c. apostolica de dona. Dignus in regula. possessor de reg. iuris. li. vi. & maxime si est error iuris probabilis: quia erratur in iure dubio & obscuro, & multipliciter intelligibili. textus in c. cū dilectus: de consue. ternet Paulus in. dicta. l. cel. s. & Abbas in dicto. c. apostolica glo. inde. sapientia de verbo. signifi. sed in casu nostro titulus matrimonialis casu quo esset invalidus q̄ negatur. & putativus est causatus ab errare iuris: quia errare in validitate dispensationis est errare in iure, & est error iuris probabilis propter variates opiniones: quæ sunt in hec, ergo iste error iuris probabilis iustificat: quasi possessionem iuris matrimonialis, & excusat contrahentes a mala f. c. h

et facit cūiuges bonā fidei possessores: et facit partum et prolem legitimam et hæredem suum, et necessariū: quia fructus matrimonij est proles.

Secūdū.

Secundo facit, quia auctoritas iudicis etiam inferioris, facit actum esse iustum & legitimū, & excusat a dolo & culpa ex iuste possidet. ff. d. acq. posse, l. non videtur. s. qui iusu. ff. de reg. iuris, regula: qui ex mādato eodem. ti. li. vi. ergo si auctoritas iudicis inferioris facit actum: qui sit eius auctoritatē presumi iustum & licitū a fortiori auctoritas iudicis supremi faciet actū: in quo interuenit eius auctoritas iustum & legitimū: maxime quia ut sāpediētum: est in principe semper presumiatur iusta causa: facit quōd dicit Baldus in. li. i. ff. de consti. princip. vbi dicit. q̄ princeps in dubio presumitur bonus & æquus: & omnia eius priuilegia: & rescripta presumuntur iusta & æqua: vnde infertur quod afferent contra rium incumbit onus probandi licet cōtrarium teneat in hoc Abbas in. c. quia circa de consangu. & affini, sed opinio Abbatis procederet: vbi nō ipse papa dispensat: sed alteri committeret facultatem & potestatem dispensandi tunc non presumeretur, pro iustitia dispensationis: secus si ipse met papa dispensaret viue vocis oraculo, & ita est de mē. Joannis Andre. in. c. primo de litis contesta. li. vi. Innorella: sed in casu nostro interuenit auctoritas Papæ: qui est caput supremum vniuersalis ecclesiæ & est vicarius dei: qui etiam legitimā existit prolem ex isto matrimonio suscepit vel suscipiēdam & legitimā esse dicernit: vt apparet ex tenore dispensatiōis: ista ergo auctoritas tam supremi iudicis facit matrimonium eius

auctoritate contractum esse iustum & legitimū quo ad prolis legitimitatem tertium. **F**acit tertio pro hac parte ignorantia iuris excusat a dolo & culpa, l. si q̄s in graui. s. si quis ignorans. ff. ad filie, imo quae libet causa etiam iniusta excusat a dolo: vt tenet Paulus de castro p̄ textum ibi in. l. sed & si lege. s. scire in finalibus verbis. ff. de peti. hære. & maxime ista ignorantia iuris excusat formam. l. iuris ignorantia. C. qui admi. l. regula. ff. de iuris & facti igno. l. fi. C. co. titulo, si ergo ignorantia iuris excusat a dolo & culpa maxime feminā. & bona fide inducit in facto nostro: ignorantia validitatis vel invaliditatis dispensationis vel matrimonij est ignorantia iuris, quae in feminā probabilis est: ergo ista ignorantia excusat contrabētes a dolo, & culpa, & mala fide, & bona fides contrahentium vel alterius tanū sufficit ad prolis legitimationem: vt notatur. in. c. cum inter &. c. ex tenore qui filii sint legi.

Quartum facit vbi cum q̄ in habilitas tituli est dubia ita ambiguitas tituli cōcursu & loginquitate temporis inducit confirmationem statusliberorum. textus in. l. qui in prouincia. ff. de ritu nup. s. diuus, facit quōd notat Antonius in. c. peruenit fina. colun. de censi, sed in casu nostro tite. lus matrimonij & dispensationis habebatur pro vero & indubitate: licet aliquid deceperūt dubitare post multos annos: ergo ista certitudo cum tanti temporis loginquitatis diuturnitate inducūt confirmationem status prolis.

Quinto facit: quia qui facit actum auctoritate legis mortuæ iuste & legitime videtur fecisse, & nullam peccāteretur. l. gracius, ad. leg. iuli. de

De legitimitate prolis.

Pagi. cxiiij.

adulterio facit. c. qui peccat. xxxij. q. iij. si ergo faciens actum auctoritate legis mortuæ dicitur iuste & legitimæ fecisse & excusatitur a poena ergo eadem ratione faciens actum auctoritate legis viuæ, id est Papæ qui est lex viuæ ut in auctetico. de consuli. in fine colla. vi. videtur iuste & legitime fecisse: & nullā ponam merebitur neq; respectus sui neq; respectu prolis: vt dicatur illegitima: quia esse illegitimum est signominia & poena: vt est textus quem ibi notat Abbas in. c. per venerabilem qui filii sint legiti. aqua poena excusantur contrahentes auctoritate legis viue & ab ignominia et eorum proles.

sextum.

C Sexto pro ista parte facit: quia auctoritas superioris et error communis et fauor publicus inducunt validitatem actorum gestorum a persona inhabili. l. Barbarius Philippus. ff. preto. l. scđa c. de senten. et inter loqñ. om. indi. c. ad pbandū de re iudi. notat innocētius in c. nihil de electio. sed in casu nostro omnia hæc intureniunt. s. auctoritas superioris. s. Papæ: error seu opinio communis: quia communiter dispensatio repugnatur valida: et fauor publicus scilicet fauor filiationis et matrimonij: qui est fauor publicus. l. i. ff. solu. matri. ista ergo tria inducunt legitimatem prolis fauore matrimonij. et filiationis.

C Septimo facit doctrina singularis hostien. super relata in prima parte in. c. si vir de cognatione spiritu. quā sequitur ibi Abbas et communiter doctores: quod si in materia matrimoniali sunt duæ opiniones quarum una est contra matrimonium altera vero fauere matrimonio licet altera sit communior nisi habeat casum expressum pro se: quia matrimonialis causa est multum fauor-

rabilis in iure iuxta notata in. c. ex literis de proba. vnde est, quod licet dispensationes regulariter sunt odiosæ & restringendæ: vt in. c. primo & secundo: de filijs. presbytere. lib. vi. tamen dispensatio in materia matrimoniali est fauorabilis. & extendenda etiam ad causum: vt tenet singulariter Focelin⁹ in. c. postulasti. vi. colu. de rescrip. sed in causa nostro sunt duæ opiniones quarum una fauet matrimonio. & proli: altera est contra matrimonium. & filiationem: ergo prima tenet a est, & sequenda & non alia.

C Octauo facit quia in actibus publicis & palâ factis non presumitur fraus & dolus. l. non existimo. ff. de administrato. tuto. licet in actibus clam & occulte factis presumatur fraus: vt tenet glo. in l. i. C. de interdicto matrimonio. licet ergo si matrimonium istud esset clandestinum presumeretur interuenisse in eo fraus & dolus & mala fides & proles inde suscepta sit illegitima reperto postea impedimento: secus est dicendum in matrimonio publice & in facie ecclesiæ contracto in quo semper presumitur bona fides. & hæc sufficit ad legitimatem prolis vt in. c. cum inter. qui filii sint legiti.

C Nono pro hac parte facit: quia equi nonum. tas semper perfertur rigori: vbi neutrū est scriptū. l. placuit. C. de indi. l. barbarius Philippus de offi. preto. ff. ibi humanius tamē credo. l. antiquitas. C. de usufruct. & notatur in. c. fina. transactio lex: quod si Ephe. ff. de eo: quod cer. lo. facit illud Terentij in heau tonti moru menos summū ius summa matricia est: sed maximus rigor esset si matrimonium. & proles indicarentur: illegitima & econtra maxima equitas:

quod valida & legitima reputentur ista: ergo equitas prefertur rigor: quia neutrum scriptum reperitur iniure expresso. &c.

Decimū prolis sufficit coniunges vel alterum eorum esse in quasi possessione iuris matrimonialis: ut notatur per Abbatem: Antonium: & docto in. c. lator: &. c. peruenit: &. c. transmissat. qui filii sunt legiti. vbi notant: quod ad legitimitatē prolis sufficit probare: quod maritus vocabat mulierem vxorcm. facit. glo. in. c. vnico: in verbo modum de spon. impu. li. vi.

Vndecimū facit: quia in istis iuribus: in corporalibus personalibus est dare quasi possessionem & quasi proprietatem. de primo est glo. singū. in l. sicut in rē. c. de prescrip. triginta vel quadragin. anno. quam sequitur Pausus de castro in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vſu capi. facit quod ipſem et notat in. l. regulariter in primo. ff. de pte. hæredi. textus in. c. quæreram de elec̄tio. de secundo est textus. in. cap. fina. de iudi. notat Bart. in. l. 1. §. item acquirimus. ff. de acqui. posse. vbi dicit. quod pater dicitur esse in quasi possessione patriæ potestatis: & filius quasi in possessione filiationis: & maritus & vxor in quasi possessione iuris matrimonialis. & pro istis iuribus sunt predicta remedia possessoria. l. fina. cum. l. sequenti. ff. de libe. homi. exhiben. facit textus cum glo. in. c. non est vobis. de spōsa. si ergo est dare quasi possessionem iuris matrimonialis. & filiationis. & legitimatiōnis: illa quasi possessio sufficit ad hoc: ut proles dicatur legitima: debet conseruari in ista possessione, donec mouetur sibi quae-

stio status, & constet de iustitia.

Facit decimū secundū casus singula-
ris, quividetur expressus in. c. præla. 12. dubiu-
tum, qui filii sunt legiti. vbi est textus
rotundus. quod si est lata sententia di-
uorth inter duos coniunges, & unus
eorum transiuit ad secundas nuptias,
& prolem suscepit ex eis, & postea sen-
tentia diuorth reperta est nulla, vel in-
iusta, & eo p̄textu reuocatur, & retrah-
etur, non ideo minus proles suscep-
tia ex secundo matrimonio erit legitima
propter bonam fidem contrahen-
tium. sic in proposito est dicendum:
quod licet dispensatio Papæ nulla es-
set & matrimonium eius vigore con-
tractum similiter nullum: quod non
est verum. nichilominus proles ex eo
suscepta erit legitima: propter fidem
contrahentium, vel si Rex habuit ma-
lam fidem: sufficit bona fides Reginæ.
Decimo tertio & finaliter facit, quia
validum est argumentum de legitimatiōne. 13. dubiu-
tate ad filiationem: ut tenet Iaso. in. l.
ex facto. in primo. vi. colun. ff. de vul-
ga. & pupi. facit quod notat Baldus
in. c. primo. §. filij nati. si defendo fue-
rit cōtrouersia. vbi dicit, quod ex qui-
bus causis libertus reuocatur in serui-
tutem, ex eisdem etiam legitimatio po-
test reuocari: refert & sequitur Gerar-
dus de petra sancta singu. suis. singul.
primo. sed sic est, quod si seruus stetit
in quasi possessione libertatis bona fi-
de: de cætero erit liber. l. igitur secun-
do responso. ff. de libe. causa. & l. 2.
C. deprescrip. longitudo. quæ pro
liber. ergo idem erit dicendum in filio
legitimæ qui esteuit in quasi possessio-
ne filiationis legitima: ut de cætero ha-
beatur: pro legitimo, donec contrariū
apparet de iure. **S**ed incontrariū

videtur dicendum: immo q[uod] proles ex talin matrimonio suscepita: & pro crea- ta sit illegitima.

i. contra. ¶ Et primo pro ista parte contraria fa- cit: quia dispensatio obtenta ex falsa cau- sa est nulla ipso iure, casus est in. c. ij. de filijs presby. lib. vi. c. quia circa: de consanguini. & affinita. & ibi notat Ab- bas: & in. c. ex multiplici: de deci, ergo si dispensatio est nulla ergo quicquid sequitur ex ea vel obeam. l. nō dubium C. de legibus. & sic per consequens matrimonium virtute eius contractū: & proles inde suscepta illegitima.

¶ Secundo facit: quia in habilitas prin- cipijs inducit inhabilitatem medijs: & ex tremi. l. tria predia. s. deserui. rusti- co. prae quam ad hoc commendabat Bal. in auctē. si quas ruinas. c. de sacro sanct. eccl. & nulla consequentia potest esse legitima ex illegitimo nascēdi prin- cipio: & ex radice infecta, & corrupta. quia si radix est infecta & rami. l. fina. C. de natu. libe. & ibi per doctores & per Bart. & doctores in. l. gallus. s. quid si s. ff. delibe. & postu. & quod notat Abbas in. c. lator qui filij sint le- gitimi. primo notabili, vbi dicit quod ne- pos legitimus ex filio naturali non po- test succedere aut quia cum pater ius excluderetur a successione: ipse etiam nepos excluditur: tanquam veniens & procedens ex radice infecta; & cor- rupta, quia qui primitua inficit: diri- uatiua vituperat. vt dicit Baldus in. l. fina. c. de verbo significa. Sed in casu nostro principium videtur inhabile: quia personæ contrahentes erant inha- biles ad matrimonium contrahendum; obstante impedimento affinitatis: & publice honestatis iustitiae, ergo me- dium & extrellum erunt inhabilia. s.

proles inde suscepta. & matrimonium sic contractum: tanquam procedentia ex radicibus infectis: & corruptis.

¶ Tertio pro hac parte facit: in matrimoniis in quo Papa nō pōt dispēscere: non potest prolem ex eo susceptam le- gitimare. & sic si matrimonium est cō- tractum contra legem diuinam: pro- lem ex tali matrimonio susceptam Pa- pa non potest legitimare eā, doctrina est originalis Hostiensis in. ca. per ve- nerabilem qui filij sint legiti, tenet etiā ibi Joan. Andr. quia quinori potest su- per principali disponere: neq[ue] super accessorio. argu. l. oratio cum simili- bus despōsa. s. sed in casu isto: de quo tractatur: matrimonium est contra- Etum cōtra legem diuinam secundum aliquorum opinionem: ergo proles ex eo suscepta non potuit per Papam legitimari.

¶ Sed his rationibus & fundamen- tis non ostantibus: contrarium credo de iure: verius in quo residens ad fun- damenta in contrarium inducta breui- ter respondeo.

¶ Et primo ad primum: ad quod sic respondeo: concedendo antecedens: & negando consequens: nam verum est & negari non potest dispensatio- nem ex falsa causa obtentam esse nul- lam: sed hic non fuit obtenta ex falsa causa vt ex supradictis patet in prima parte: & dato casu: negato quod ex falsa causa obtenta esset dispensatio: non sequitur neque est consequen- tia necessaria: dispensatio est nulla: & matrimonium nullum. ergo proles ex ea suscepta est illegitima. immo contra- rum est verum perdictum. c. perla- tum, qui filij sint legiti. adductum in decimo secundo fundamento primas

ad. I. arg.

partis propter bonam fidem contra-
hentium, vel alterius, & propter au-
toritatem superioris, nam iudicio, e.
perlatem, sententia diuorij sicut nulla,
& matrimonium secundum nullum:
& tamen proles censetur legitima: &
est falacia secundum accidens: quae est
quando cum ex pluribus principijs,
vel antecedentibus veris elicetur con-
sequētia falsa, ut in regula ea est natura
ff. de regu. iu. & in. l. natura cauillatiois
ff. de verbo. signifi. vel forte istud ar-
gumentum procederet: vbi matrimo-
nium esset clandestinum: secus vbi es-
set publice, & in facie ecclesiae contra-
ctum. & diuersitatis ratio est quoniam
in primo presumitur mala fides con-
trahentium. in secundo vero presumi-
tur bona fides, iuxta notata per Inno-
cen. Abbatem & doctores in. c. cum
inhibitio de clandestina despensa.

ad. 2. arg. **Ad secundum sic respōdeo.** Quod
illud argumentum procedit: quando
constat clare, & evidenter de inhabili-
tate principij: & nullum habet titulum
quo coloretur vel fulciatur, secus quā-
do principium habet aliquem titulum
putatiuum, & coloratus sufficit ad ha-
bilitandum medium & extremum, vt
hic, quia principium habet titulum
dispensationis: licet post reperiatur
inualida, & ita videtur demente do-
ctorum, in. c. latior &. c. peruenit qui
filii sint legitimi, vbi tenet quod ad p-
bandam legitimitatēm prolis sufficit
probare q̄ masculus & foemina simul
diu cohabitauerūt: tāquā vir & vxor,
& talimutua cohabitatione talem pro-
lēm suscepereunt. Item quod vir nomi-
nabat eam vxorem & ipsa cum vi-
rum, & ita etiam videtur tenere domi-
nus Innocentius in. c. ex parte de re-

sti. spoli. & sic sentiunt predicti docto-
res: quod ad inducendam habilitatem
prolis sufficit, quod matrimonium ha-
beat aliquem titulum vel colorum pu-
tatiuum habilitatis.

Ad tertium argumentum sic res ad. 3. arg.
pondeo, quod illud argumentum pro-
cedet: et secundum opinionem corum:
qui tenent quod istud matrimonium
sit contractum contra legem diuinam;
& dispensatum esset ab ipso causa ratio-
nabili, vel non esset dispensatum, secus
tamen est secundum aliorum opinio-
nem tenentium istum affinitatis gra-
dum esse de iure positivo, & ex consti-
tutione ecclesiae, vel si de lege diuina,
processit tamen dispensatio ex iusta cau-
sa, & papa potuit dispensare: & tunc
cessat argumentum, vel aliter est di-
cendum quod argumentum illud pro-
cederet, quando P̄apa dispensaret, vel
legitimaret prolem ex matrimonio,
contra legem diuinam contracto suscep-
tam: non prae ambula vel premissa
dispensatione antequam contrahere-
tur, secus si prius dispensaret super ra-
dice matrimonij, habilitando contra-
hentes etiam in gradu diuina lege pro-
hibito, cum causa vera vel putativa
quia dispensando super radice matri-
monij tacite videtur legitimare pro-
lem ex eo suscipiendam, etiam quo ad
hæreditatem: & successionem, vt tenet
Abbas in. c. referente qui filii sint legi-
ti. & a fortiori quando expresse in dis-
pensatione legitimat: vt hic vel aliter
respondeatur negando consequētiam:
quia in isto matrimonio potuit P̄apa
dispensare: vt supra in primo dubio
primae partis visum est: & per conse-
quens prole ex eo suscepta legitimare.

Quantum ad secundum dubium ad. 2. du-

dicendum est: quod proles ex concubina Regis suscepta durante matrimonio inter prefatos reges; non legitimaretur per sequens matrimonium cum concubina contractum: etiam si sententia diuortij inter prefatos reges esset per ecclesiam lata. quod probatur sic: quia negare non potest, quin talis proles ex concubina suscepta, durante matrimonio inter prefatos Reges, esse spuriam, & adulterinam, & natam ex damnato coitu: quia filius adulterinus dicitur spurius. ut notat Abbas in c. tanta qui filii sint legitimi. filii autem spuri, vel adulterini: & nati ex damnabili & punibili coitu non legitimantur per subsequens matrimonium. ut tenent communiter omnes doctores. post glo. in. c. tanta. sed solum naturales nati ex soluto & soluta: maxime quia concubina sciebat matrimonium, neque obstat si ex aduerso dicatur: quod si matrimonium primum declaretur, vel pronunciaretur nullum; non debet prestare impedimentum secundo matrimonio: neque legitimati prolis ex concubina susceptae: neque matrimonio secundo. ut in regula non prestat de regu. iu. li. vi. quia paria videtur matrimonium non esse, vel esse nullum. argumentum. l. iiiij. ¶ condemnatum. ff. de re iudi. ad quod sic dico: quod actus ad opus facti deductus equipollent effectui, quo ad iuris effectum causandum, propter intentionem cum opere subsecuto: licet vere & realiter effectum non habuerit, ut in. c. nuper &c. debitum de biga. & quos effectus operetur matrimonium putatiuum: traditur per doctorem de palatios rubios in repeti. rubricae de dona. inter vi. & vxo. folio. xix. versi. amplia. ter-

tio per totum. sicut matrimonium nullum de facto per sacerdotem contra dictum inducit verum effectum bigamiae, ut indictis iuribus propter intentionem cum opere subsecuto: sic in proposito, licet matrimonium primum pronuntiaretur, nullum prestat impedimentum secundo, & legitimati prolis, vel aliter ex mente Bart. in lege Barbarius Philippus. ff. de officio praetor. vi. colun. versi. sed quid de sententijs spiritualibus. vbi dicit: quod fauore publicae utilitatis sententiæ spirituales latæ a prelatis putatiuis valent, & tenent, & operantur effectum, sic in proposito fauore filiationis primæ, qui est fauor publicae utilitatis, ut in. l. i. ff. solu. matri. primum matrimonium quantuncunque pronuntiaretur nullum, prestat impedimentum secundo matrimonio, & legitimati ex eo susceptæ: ut non legitimetur, per subsequens matrimonium. quia in istis spiritualibus quæ docet magis operatur opinio quæ veritas, ut in. di. c. nuper. &c. debitum de biga. vel aliter quia nata est proles ista ex radice infecta, & corrupta, & habuit illegitimum nascendi principium: impeditur eius legitimatio per primū matrimonium. Quo ad tertium dubium dicendum est. qd ad. 3. du. papa bñ pot iducere fili⁹ qd spuri⁹, & adulterin⁹ natus ex damnato, & punibili coitu legitimetur p subsequens matri. qd ad hæreditatem & successionem interris sibi temporaliter subiectis. quod probatur, quia cum ista illegitimitas, & illegitimatis defectus sit de mero iure positivo: & dictum capitulum tata. sit ius posituum: potest illud tollere vel in totum vel in parte. ut in. c. proposuit de conce. preben. facit quod notat h. iij.

Innocen. & Abbas. in . c. per venerabilem qui filij sint legiti. & per eundem Innocentium in . c. cum ad monasterium de statu . regu. & notatur in . ca. quæ in ecclesiarum de constitu. per doctores . maxime quando legitimat Regem non recognoscetem superiorem , vel eius prolem . vt tenet Abbas in . d. c. per venerabilem in . v. colun. in fine. & Rex Angliae non cognoscit superiorem de facto , vt tenet idem Abbas ibi in penultima colun. & ista legitimatio procederet sine dubio : quando pater non haberet aliam prolem legitimam . sed stâte prole legitima , an legitimatio præ iudicaret prolilegitimæ dicam infra in . 4. dubio principalis.

C Circa unum tamen est aduertendū: quod ad hoc vt talis legitimatio valeat: quando legitimat interris non sibi temporaliter subiectis , & quo ad temporalem successionem , est necesse quod in legitimatione dicatur expresse : non obstante . § . fina . in autenti . quibus modis natu . effici . legiti . neq; sufficit generalis clausula non obstante aliqua lege . ita est demēte Bar. Bal. & Salice . & communiter omnium . in . l. fina . c. si contra ius vel vtili . vbi dicunt , quod in omnibus casibus , in quibus princeps rescribit contra ius , & vbi specialiter prohibetur supplicari non valeat rescriptum ; nisi specialiter dicatur , non obstante tali lege contrarium disponente . & ita videtur tenere . glo . ex presso in dicta . autenti . quibus modis . natu . effi . legi . § . fina . & Angelus ibi . Baldus . in autenti . propterea . C . de natu . libe . facit . quod notat ipse . in . l . eam quam . ix . colun . C . de fidei commi . & dictus . § . finalis in . d . autenti . expresse prohibet pro talibus supplicari . dicit

enim sic istis neq; participanda clementia est : sed sit hoc supplicium patrum &c. & maxime predicta procedunt : quâdo ille quilegitimatur est multum exosus & odibilis iuri diuino & humano : quia natus ex damnabili & punibili coitu : pro vt est in casu nostro , quia verba generalia non obstante aliis quæ lege . &c. personas tam odibiles & exosas non comprehendunt , argu . l. Lucius . § . Lutius Titius damna . ff. de lega . 2. **S**ed dubium est , an ipsem et Rex Angliae cum de facto non recognoscat superiorē posset prolem subsceptam ex concubina legitimare . & dicendum est quod posset legitimare secundum formam supra positam . scilicet dicendo non obstante . § . fina . in autenti . quibus mo . natu . effici . legitimati . & ita expresse tenet Abbas in . d. c. per venerabilem secunda colun . sed tunc quando Rex sic legitimaret propriam prolem , non dicitur legitimare tanquam pater sed tanquam Rex subditum suum : & sic diuersis respectibus potest fungivice duarum personarum . vt in . l. si consul . ff. de adoptio . & l. qui iuris dictio . ff. de iuris . omni . iudi . cum similibus . facit quod notat Paulus de castro in . l. prætor ait in primo . ff. de edē . vbi dicit quod si notarius facit aliquam donationem : post testipse cōficeret instrumētū donationis .

Quo ad quartum dubium dicent ad . 4. dum est quod talis proles ex concubina suscepita , legitimata siue per subsequens matrimonium , siue per eundem patrem & regem , vel alias , vel alio modo non excludit de iure filiam primogenitam ex primo matrimonio : a iure suscepionis regni . & ista cōclusio maxime procedit in dubio ; cū preuilegia & rescri-

pta: & dispensationes principis semper intelligantur in dubio: quando aliquid non exprimitur: sine preiudicio iuris alteri quae sit. l. ii. §. merito &. §. si quis a principe. f. ne quid in loco publici. l. necp; auus. C. de emancipā. libe. c. quamuis de rescrip. li. vi. c. primo & secundo de filijs presby. eo. li. presertim quia quando spurius legitimatur: non dicitur propriæ legitimari: sed habilitari vel cum eo dispensari: Ita est de mēte Pauli de castro cōsi. ccxxi. vbi dicit quod legitimatio facta: de illo qui fuit natus ex illis: inter quos non poterat esse matrimonium: non potest dici proprie legitimatio: necp; restitutio natalium: sed dispensatio. quia cum ibi a principio non poterat esse matrimonium: necp; matrimonij veritas: ergo nec imago fingi potest. argu. l. i. C. de lati. liber. tollen. s. qui ad certum. f. loca. ideo cum sit dispensatio: merito est restringenda: maxime in præiudicium tertij ut indictis. c. i. & secundo de filijs presby. li. vi. pro quo etiam facit: quod voluit Petrus de anchor. cōsi. n. 2. incipit. ex tenore privilegij apostolici. vbi dixit quod licet sit eōunis omnium conclusio: quod in vera legitimatione. quae sit ad preces patris supplicantis super legitimatione filij naturalis. non requiratur alicuius citatio: iuxta notata in. l. gallus. §. quid sit tantū. f. delibe. & posth. & in dicto. c. per venerabilem. maxime per Abbatem. quia est faborabilis. tamen in dispensatione quae sit cum spurio vel alio nato ex damnabili coitu ad effectum successionis requiritur citatio. & causæ cognitio. maxime vbi non agitur de successione & bonis supplicatis vel petētis legitimatiōne: vt sunt bona maioratus

restitutioni subiecta: sed de bonis suorum predecessorum: in quibus iste qui supplicat. vel legitimat. nihil dicitur habere: necp; de eis potest aliquid disponere. quum non sint bona sua: sed suorum predecessorum. argumentum. l. vnum ex familia. §. sed li defalcidia de lega. secundo. f. inducit ad hoc per Ancharranū. cōsi. 428. incipit circa primum expediam. & circa predicta etiā facit: quod dicit Iasso manus in. l. gal. lus. §. & quid si tantum. colun. xiiii. de libe. & posthu. f. vbi tenet: qd filius naturalis primogenitus legitimatus per subsequens matrimoniu, non excludit a iure primogeniturae filium legitimū, & naturale secundo genitum. verbi gratia dicit ipse: aliquis Rex habet concubinam: ex qua filium suscepit: postea vxorem duxit: ex qua filium legitimate pro creavit: postea mortua uxore, matrimonium contraxit cum concubina: & sic filius naturalis ex ea genitus fuit legitimatus per subsequens matrimonium. an iste filius sic legitimatus excludat filium legitimum secundū genitum a regni successione. Bart. in. l. cum decem. §. fina. f. de solu. moet quæstionem & nihil determinat: sed remittitur ad notata per loā. andr. in regula sine culpa de regu. iuri. li. vi. vbi disputat hāc quæstionem: & fina liter determinat: quod filius legitimatus non admittitur ad regni successiōnem in preiudicium filij legitimij & naturalis. licet dicat se de hoc mulum dubitare & Paulus de castro in dict. §. & quid si tantum. dicit etiam se de hoc dubitare. tamen Iasso ibi aperte affimat hanc cōclu. motus earatione: quia legitimatio per subsequens matrimoniu non trahitur retro in preiudicium

filiū legitimi. per textum quem dicit ex
pressum indictio .c. tanta qui filii sint
legitimi. ibidum dicit textus post con-
tractum legitimi iudicentur. & sic ex-
presse sentit ille textus , quod ista legi-
timatio per subsequens matrimonium
habet effectum solum post matrimo-
nium contractum : & non trahitur re-
tro . ita etiam dicit tenere Baldum .l.
eam quam in.x.colun.C.de fidei com-
mi. & Abb. consi. lxxxv. incipit vidē-
tur primo. tenet etiam Bal . licet etiam
non alleget,in.l. quotiens.C.de reivē-
di. si ergo hoc procedit quando filius
naturalis legitimat⁹ est primogenitus
quām filius legitimus a fortiori habet
locum in casu. econuerse , quando pro-
les legitima esset prius genita , quām
proles legitimata sive per subsequens
matrimonium.sive per rescriptum Pa-
pæ , vel regis , vel alio modo . Quia il-
la legitimatio nō trahitur retro in pre-
iudiciū prolis legitimæ prius genite;
cum sit fortior ratio quām in primo
casu : & casus minus dubius cabilis . idem
est dicendum , si iste filius spurius , vel
adulterinus , vt si xilegitimaretur per
Papam , vel regem ; quia non exclude-
ret filiam primogenitam Regis & Re-
ginæ a regni successione; nec trahitur
retro dicta legitimatio in prejudicium
primogenitæ . quia Papa , vel Im-
perator ; vel Rex ; non recognoscens
superiorem de ordinaria potestate nō
potest priuare primogenitum iure pri-
mogeniturae sine rationabili causa : vt
concludunt Hostiensis & Ioan. Andr.
& doctores in .c. licet de voto Philip-
pus Francus in .c. grandi . de supple-
negli. prela.li. vi .cum ipsa bona pri-
mogeniturae : vt supra dixi , non sunt
bona ipsius possidentis : sed predeces-

forum : & sunt rectificationi subiecta .
argumen. 1. vnum ex familia . 6. sed si
falcidia de lega . secundo constat au-
tem quod legitimatio filij spuri⁹ ; vel
adulterini ; & ex damnabili coitu natu-
non est iusta causa priuandi filiam le-
gitimam : & naturalem primogeni-
tam ex matrimonio publicæ in facie
ecclesiæ contracto & per Papam ap-
probato procreatam a regni succes-
sione & iure primogeniturae . cum ta-
lis filij spuri⁹ vel adulterini iure diui-
no & humano sint nimis odibiles &
exosi . c. nisi cum pridem de renuncia
autenti , ex cōplexu . C. de incest.nup.
de plenitudine autem potestatis pos-
set Papa vel Imperator ; vel rex ha-
bensiura Imperij hoc facere ; sed nō
debet vt ista plenitudine potesta-
tis sine causa : necq; ita in distin-
cte: vt dicit dominus Innocen-
cius in .cap. inotuit deele,
quem ibi sequitur Ab-
bas & commendat
eius dictum sina-
libus verbis.

FINIS.

62

TRACTATVS DE VSURIS EIVSDEM

auctoris; & de usurariis; & de eorum poenis; &
de cambijs licitis; & illicitis.

Divisio
operis.



Resens tractat⁹ tres
cōtinet partes princi-
pales: ut ex rubrica
apparet. in pma tra-
ctabit de usura. in. 2.
de usurariis manife-
stis. in. 3. de cambijs licitis vel illicitis.

Subdiui. ¶ Prima pars sub diuidit in. 4. ptes. in
sio pma pma ponit definitioes usurae. i. 2. vnde
partis. dicit usura. i. 3. qduplex est usura. in. 4.

an usura sit prohibita oī iure; diuine; &
humano; & qbus ratiōibus sit prohibita.
& incidet aliq qstioes accessoriæ p in

tellectu & cōplemento materiae Anne-

2. pars. ctetur. ¶ Itē. 2. pars similit in duas par-
tes principales subdiuiditur. in prima
tractabitur; quis sit usurarius manife-
stus vel nō manifestus. secūda qualiter
restitutioni obligetur ipsi; vel perso-
na quæ ab eis habent causam hæredes
vel successores; & alia psonæ lucratuā
vel onerosam vniuersalē vel particula-
rē & quibus peenis de iure assiātur.

3. pars. Similit. 3. pars p̄cipialis in duas alias
partes subdiuidit. in pma tractabit de
cambijs licitis; & q̄ sunt cābia licita & a iu-
re pmissa. in. 2. q̄ sunt cābia illicita; & a
iure reprobata; & similit aliae qstiones
accessoriæ & incidentes subiectentur.

i. pars. p. ¶ Circa pma pte pma p̄tis: q̄a substa-
ma p̄tis. tia rei cognoscit p ethimologiā: vel p
definitione scdm Pau. d cas. i. l. i. f. d iu-
sti. et iu. & bal. i ru. C. q admit. & meli-
p definitione scdm cūdē Paulū vbi su-
pra facit. l. l. i. p̄t. f. f. i. cer. peta. & usura
definitur multipliciter scdm docto. in ru.
d vsu. in volu. decre. uno mō usura de-
finit sic; usura est quicqd accedit sorti

scdm abb. in ru. de vsu. Sed ista defini-
tio nō v̄ pfecta; necq̄ cōuerit cū suo d-
finito: quia sic qcquid dare vltra sortē
etia gratis eslet usura; qd in nō est ve-
ru; vt ifra dicet. Oportet ergo addere
huic definitioni; vt sit vera & cōprehē-
dat q̄ cōprehēdēda sūt; ex pacto vel in-
tētione pcedēti. vt in. c. cōsuluit de vsu.
& iūc ista definitio p̄t sustineri. ¶ Cir q.i. p̄tis.
caistā ddefinitionē p̄t cadere vna qstio:
videlicet: an illud qd dat gratis ab acci-
piēte mutuū vltra sortē mutuati; sit u-
sura. & docto. cōmunit tenet; tā thecolo-
gi q̄ canonista: q̄ nō est usura. Quia
illud efficit mutuatis iure liberalis do-
natiōis. ita tenet Ricar. in. 4. seniētarū
dis. xvi. arti. v. q. 4. & S. Tho. 2. 2. q. lx
xvij; ar. 2. in corpore qstionis: subdcs
q̄a hoc etiā licet recipere ante q̄ mpu-
tuaret: ergo etiā post: q̄a nō debet esse
peioris cōditiōis mutuās p̄ hoc qd mu-
tuauit. idē tenet abb. & lo. de anania in
ru. de vsu. ¶ Hic etiā sub oris alia qstio
necessaria. qd si mutuans accipit aliqd
vtra sortē: qd in nō est pecunia; sed ali-
quid aliud qd pecunia cōmēsurari. vel
appreciari: p̄t. an sit usura. & S. Tho.
in loco p̄alegato tenet q̄ sic. quia se d m
philo. 4. ethicorū oē illud qd pecunia
mēsurari p̄t; p̄ pecunia habet. idē te-
net Gabr. in. 4. sentē. dis. xv. q. xi. i p̄ ri.
idē tenet. abb. in. d. ru. de usuri ponēs
exempli si vtra sortē dē species: puta
equo: & idē tenet in. c. i. cod. ii. & patet
ex definitione usura supra posita. vbi
dieitur quicquid. & c. Quia q̄tōū di-
cit nihil excludit. l. Julianus delega. 3. ff.
¶ Sed quia omnis diffinitio periculosa

sa est in iure nostro: pārum enim est q̄
non subvertatur: vt in regula omnis
definitio. ff. de regu. iu. ideo Innocen.
c. i. de vsu. Ponit aliam diffinitionem
dicens q̄ vsura est lucrum mutui ex pa-
cto vel debito exactum. & istam refert
& sequitur Abb. in. d. ru. & Anania. ibi
ideo dī indefinitiōe lucrū mutui: quia
vsura semper committitur in cōtractu
mutui veri vel palliati. vt in. c. in ciuita-
te &. c. consuluit de vsu. & ibi docto.
ideo dicit ex pacto vel debito exactū:
quia si cessante pacto aliquid gratis &
liberaliter daretur vltra sortem, nō est

5.q.i.ptis

vsura vt supra dictum est. **H**ic etiam
cadit alia quæstio: in quibus rebus cō-
mittatur vsura. & docto. canonistæ in
Ru. de usuris & theologi in. 4. sententia
rū dis. xv. arti. s. quæstione. s. maxime
Ricardus ibi. q̄ committitur in his re-
bus, in quibus consistit mutuum. mu-
tuū vero consistit in rebus, quæ in pō-
dere, numero, & mensura consistunt:
vt in auro, & argēto, & pecunia nume-
rata, tritico, vino. & oleo, & similibus.
vt in. l. 2. ff. si cer: peta. **R**atio aut̄ qua-
re vsura magis committatur in his re-
bus, q̄ in alijs dicit Ricardus in loco
prealleg. & docto. canonistæ in. d. ru.
quia in his rebus vsus ipsarum rerum
non est distinctus, necq; separatus a do-
minio, & vsus earum est consumptio.
vnde cum mutuantur transfertur do-
minium earum. vt in. d. l. 2. ff. si cer. pe-
ta, & similiter vsus cum non sit separa-
tus a dominio, vnde mutuare vsu ista-
rum rerum est mutuare & concedere
ipsas res. & sic ille qui exigit compen-
sationem vsus istarum rerum: exigit cō-
pensationem eiusdem rei bis, vel com-
pensationem eiusdem rei, quæ non est:
scilicet, vsus cum vsu non habet: sed

vsus est earum consumptio: & sic exis-
git bis eandem rem: quod est contra
equitatem iuris naturalis. vnde in lo-
catione non committitur vsura: si ali-
quod exigatur pro vsu rei: quia vsus
est distinctus ab ipsa re & dominio: &
vsus potest vendi, & locari retēta pro-
prietate, & dominio, & econtra. ideo
ille cui locatur domus, quādo restituit
domum: & aliquid ab eo exigitur pro
vsu domus: non committitur vsura:
quia non exigitur recompensatio bis,
necq; eius quod non est, sed eius quod
est, ex quo infertur, q̄ si pecunia mu-
tuaretur: non vt quantitas, sed locare-
tur vt species, puta quia mutuari pecu-
niā Mercatori, vel capsori: non vt ex-
pēderet: sed vt apparer & diues & ad
Pompam, & teneat ēā ad van cū: pos-
sum ab eo exigere aliquam recompen-
sationem illius vsus pecuniae absq; v̄l-
lo vitio usuræ. vt tenet abb. in. ru. de
vsu. & in. c. conquestus eodem. titu.

Hinc etiā oritur alia quæstio. quid 4. q. i.
si doctor mutuavit pecuniam scolari. partis.
bus: vt intrent secum in scolis ad audiē-
dum eum: qui alias non erāt ipsum au-
dituri: an committat vsuram: dicunt
docto. in. d. ru. & in. c. fi. eiusdem. titu.
maxime abb. q̄ si doctor ex concursu
scolarium efficitur magis famosus, &
habet maiores & plures causas præ-
manibus, vel ex hoc ad quirit maius sa-
larium, vel cathedram: committit vsu-
ram: quia recipit aliquid vltra sortem
occasione mutui. idem dicunt docto. in
dominio molēdini: vel molendinario,
vel in dominio furni: q̄ mutuāt pecu-
nias suas aliquibus p̄sonis: vt veniāt ad
suū molendinū ad molend, vel ad fur-
num ad coquendum pānem: alias non
mutuaturi. Nam istitales committunt

usuram: & usura & usurarii sunt cēsen-
di: quia aliquod commodum recipiūt
ex mutuo ultra sortem principalem: &
occasione mutui: ideo tales debent ab
huiusmodi negotiationibus abstinere.
de qua quæstione tractatur etiam per
quidem ad illud plus. quod dant mer.
catores illius loci vel regionis: sed ad il.
lud quod minus solet dari, vt est tex.
singu. in. d. l. tutor qui repertorium. §.
si deponi. versi. exceptis. Quem mul.
tum ad hoc commendat Ludouicus
romanus sing. clxxxvij. & illud quod
dictum est de pecunia pupillari: est di.
cendum de pecunia dotali. & ita lo.
quitur tex. in. di. capitulo per vestras.
licet si non esset deposita pecunia do.
talis apud mercatorem, vel non con.
uerteretur in emptionem prediorum,
maritus nō teneretur ad interesse vxo.
ris: quia hoc non est de iure cautum;
& quia maritus est dominus pecuniae
dotalis. l. doce Ancillam. C. de rei vē.
di. & potest eam consumere pro one.
ribus matrimonij supportandis. l. pro
oneribus. C. de iuri doti, ille tamē qui
haberet administrationē pecuniae do.
talis, quæ legata esset vel donata alicui
puellæ maritandæ, donec esset nubilis

ætatis, teneretur sicut tutor: & curator
sed in pecunia ecclesiæ q̄ est apud admi.
nistratores ipsius: an debeat simili fieri,
qd in pecunia pupillari? dubito an
hoc debeat & posset fieri: ideo relin.
quo cogitandum. ¶ Vnum tamen est,
quod id quod dictum est de tutorē vel
curatore, quantum ad pecuniam pu.
pillarem, est dicendum eadem ratione
de pecunia legata pro alimentis: quia
debet dari mercatori ad honestam par.
telucri: & ita tenet Bar. in. l. diuus Se.
uerus. ff. ad. l. falc. quē sequuntur ibi
Paulus & Angelus & Alexan. & sub.
dit ibi Bar. idem esse in alijs similibus
casibus. ¶ Sed si forte pecunia sit depo.
sita modo predicto apud mercatorē,
vel camporem; & pecunia perdita est
vel amissa tota, vel pars, vel mercator
fefellit, vel fugit, pro ut quotidie acci.
dit, an teneatur tunc; vel curator; vel a.
lius administrator domino restituere:
vel resarcire damnum. quod sentit ex
pecunia amissa: & dicendum est: quod
si talis mercator apud quem pecunia
deposita fuit; erat idoneus facultatibus;
& bonæ famæ apud quem communica.
ter tales pecuniæ solitæ erant ponи per
alias personas; licet ipse fallat; vel fugiat
pecunia perijt pupillo: vel domino; &
non periculo tutoris vel curatoris vel
alterius administratoris. per tex. ad
hoc singularem in. l. si res pupillares. ff.
de admi. tuto. vide Bar. i. l. si soluturus
ff. de solu. facit. l. pignus. C. de pigno. a.
ctio. & ibi Angelus notat & in. l. si a bo.
næ fidei. ff. de rei vedi. vbi expresse hoc
tenet & sequit̄ Petrus de vbaldis in tra.
ctatu societatis. viij. parte. q. 5. & Alexā.
in. l. si cū dote. §. si post solutū. ff. solu.
ma. circa qd vidēd⁹ est doctor de pala.
cios ruuios in repe. c. p. vras fo. c. §. viij.

prosequi insertur prima & secunda col.
tur mate. Et quia supra cepimus tractare ma-
riæ socie, teriam societatis; & quia separæ in his cō-
tatis, tractibus societatis committitur usura;
non ab re esthic tractare de aliquibus
quaſtionibus ad materiam istam per-
q. xxiiij, tinentibus ne ab ea discedamus.

Et primo pone, qd aliquis det suam
pecuniam alicui mercatori vel artifici
ad negociādū in licitis negocitionibus;
qui intēdens damnum participare ex-
primit solum lucrum; sed propter suā
securitatem exigit a mercatore seu arti-
fice instrumentum de pecunia mutua-
ta vel data, non sub nomine societatis,
sed mutui vel def ositi: quia per hunc
modum suum capitale saluum faceret;
An iste contractus sit licitus vel illici-
tus; & dicendum est esse illicitum; quia
posset iste deponens pecuniam ad pla-
cium suum mutare voluntatem, & in-
tentionem suam: & cum contingeret
mercatorē perdere vel artificem; po-
terit totum capitulo petere, tanquam
mutuum vel depositum: vt instrumen-
tum cantat, posset etiam mori intesta-
tus & hæredes eius exigent secundū
thenorē instrumenti; quod inuenirent;
est etiam scandalum proximi: quis sit
illum percipere commodum ex mu-
mutuo; vnde talis inducendus esset ad
rescindendum contractum & laceran-
dum. potest tamen iste obsecuritatem
petere, & tenere pignora a mercatore
vel artifice talia. s. ex quibus utilitatem
non percipiat ad prouidēdum sibi de
capitali; propter fraudes mercatorum
dicentium, se perdidisse: cum non per-
diderint, poterit etiam facere pactum;
quod vult partem damni; si mercator
eis sufficienter ostenderit, poterit etiam
pacisci; quod negotietur cum sua pecu-

nia in quibusdam locis vel regionibus,
& non in alijs; & si lecus fecerit ipse: nō
sentiat, vel patiatur damnum: sed so-
lum ipse mercator: quia cōtra pactum
fecerit, poterit etiam ei declarare: quod
solum in negocitationibus licitis pecu-
niam suam expendat: quod si contra-
rium fecerit, postquam ei hoc consti-
rit, non patiatur damnum, neqz par-
ticipet de lucro: sed suā pecuniam pos-
sit reperere, ita tenet archiepiscop⁹ Flo-
ren, in secunda parte suæ summæ titu-
lo primo capi. vij. §. xxxix. quæ sunt
bene notanda & satis placet cum non
solum a malo, sed ab omni specie mali
sit abstinentia. vt in capitulo cum ab q. 25. p.
omni specie mali de vita & honestate, tis. i.
Item queritur, pone: quod aliquis
dat alicui oves vel boues vel alia anima-
lia in societatem; vt quolibet anno rea-
cipiat certam pensionem pacto adie-
cto: quod si moriantur vel aliquo casu
perant: debeant tot sibi restituī ciu-
dem bonitatis & qualitatis; ita quod ca-
pitale sit saluum; an talis contractus sit
licitus vel illicitus; & dicendum est nō
esse licitum; imo usurarium esse. & ita
tenet Calderinus cardinalis; & alij do-
ctores in di. capitulo fina. de usu. An-
cha, in capitulo primo eodem titulo li-
bro. vi. Laurentius in dicto tractatu de
usuris. secunda parte, q. 25. archiepisco-
pus secunda parte suæ summæ titulo
primo capitu. 7. §. xl. magister Corra-
dus in libello de cōtractibus. q. xc. i. &
secunda col. versi. secundum Corrala-
rium & dicit cardinalis quod isti bo-
ues alicubi dicuntur sine cornibus vi-
de Gabrielem in quarto sententiarum
distin. xv. q. 2. col. 25. vide montal-
uum. s. part. titulo octauo. l. quarta &
vij. & titulo. xi. l. xx.

Dubitatur etiam de alia quæstione.
 C. 26.3. p. tis.1. pone, quod quidam dat terras suas ex colendas alicui rustico pro tribus vel quatuor Annis, sub Annua pensio ne, dat sibi insuper vnum par boum hoc pacto adiecto: quod quolibet anno debeat sibi respondere: cum certis mēsuris vel coribus frumenti vel ordei: etiam si boues in primo anno pereant, & moriantur: & in fine illius temporis rusticus debeat sibi illos boues restitu ere: an iste contractus similiter sit licitus vel illicitus: & per supra dicta videtur illicitus: quia vult capitale saluum habere: & in super habere lucrum ex bobus: volentes tamen domini predicatorum hunc contractū palliare in tene dētes, quod coloni male tractarent boues: si eos haberent periculo domino rum suorum & non suo: paciscuntur cum eis, ut coloni accipiant mutuo certam quantitatem pecuniae pro emendis dictis bobus & alijs necessitatibus subleuandis: qui coloni emunt sibi boues periculo suo: ex pacto tamen non tenentur restituere dño illam pecuniā mutuatam: donec finiat tempus locationis velocitatis, puta quadriennium vel quinquenium: nam similiter iste contractus illicitus reputatur: cū per hunc modum dominus semper vult capitale habere saluum: idem etiam si tradens boues vult participare lucrum & damnum: sed nihilominus vult quolibet anno decē sextaria frumenti: quia et hoc illicitū est: quia vult: quod rusticus habeat partē damni: & in super det sibi illa decē sextaria grani vel frumenti annuatim: quod in effetu est saluum facere capitale: et partem lucri habere: quod reprobatur per supra dicta ponunt exemplū doctores:

pone, quo bōes valebant tempore contractus. xxx. florenos: et in fine temporis societatis deterioratis sunt in quāque florenis: et sextarium frumenti valet medietatem vnius floreni, tradens autē habendo nunc boues habet suum capitale saluum: quoniam valor boum nunc est viginti quinque florenorum quibus ad ditis quinque florenis, qui habētur de dictis decem sextariis frumenti, restat numerus. xxx. Florenorū completus: qui est capitale, quod dedit. & sic est sibi saluum, & ex alio capite pro medietate damni contingēt debitorem duos & dimidium Florenos ratione deteriorationis boum: & sic nedum habet capitale saluum, & est sine damno, sed in super remanet cū lucro & rusticus cum damno: istud est illicitum cum opera rusticī equiualeat interusorio pecudum. ita tenet Laurētius in. d. tractatude ysu. secunda parte q. 23. quem refert & sequitur Anania in. d. capitulo fi. xx. col. & archiepiscopus Florentinus in. d. secunda. par. 44 quilatius loquitur.

Infertur etiam ex his ad determinationem quæstionis: que quotidie accedit: ego habeo hereditatem colendam: concedo eam colendam alicui colono, & mutuo sibi mille vt ex eis possit emere necessaria ad culturam, boues vel alia instrumenta & colonus reddat mihi annuatim decem modios vel mensuras frumenti: & in fine temporis locationis reddat mihi illa mille: quae ei mutuaui: & forte fundus vel hæreditas non redderet tantum: nec colonus solueret tantum redditum: nisi mutuarē ei illa mille: certe iste contractus etiam est illicitus: si ratione illius pecuniae quam mutuaui. vole: q.

colonus mihi respondeat de fructibus plusquam hæreditas vel fundus valeat in fructu: quia hoc plus videtur dari propter mutuum ei factum, vnde illud plus est usura: si autem nihil plus volo percipere de fructibus quam hæreditas vel fundus valet: tunc licitum est: quia potest ad hoc induci ex pietate: vel ut colonus melius hæreditatem colat, & adhibeat diligentiam, quam debet; ita tenet magister Cōrradus in suo libello cōtractu. q. xxxvi. idem tenet archiepus Floren. 2. par. ti. 1. c. 7. §. x. & Iohannes de Anania in. d. c. fi. col. 13. versi. ex predictis facit quod in similis Bal. dicit in. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. petr. 2. col. vide Gabrielem in. 4. sententiarum dis. xv. q. xi. col. xx. &. 22. vers. dubium quintum.

q. 28. 5. ¶ Infertur etiam ex supradictis: quod non partis. 1. valet pactum inter ponētem pecuniam & ponentem operam; quod ille qui pecuniam ponit, possit, quandoeunq[ue] voluerit illam repeteret: quia istud est capitale saluum facere: ut se p[ro]p[ter]ae dictum est, maxime cum in societate potest esse lucrum & damnum. vt. l. cum duobus §. quidam sagariam. ff. pro socio. non videtur liquida quantitas capitalis: quā posuit: cum ratio nō sit liqui data: necq[ue] redditus, necq[ue] appareant: quae sint reliqua: nisi dicatur, quod per instrumentum societatis potest apparere quantitas capitalis: nisi probetur damnum: quod in dubio non presumetur. argu. l. 2. C. quae senten. si. cer. quanti. profe. & ibi notat Bal. & Petrus de vbaldis in tractatu societatis. 14. parte in finalibus verbis. & intelligo non valere predictum pactum: si societas maneat post repetitionem capitalis: si tamen finiat, bene valeret: nam sicut a principio

liceret facere societatem ad tempus determinatum: sic etiam licet ad eēmibus: quod alter sociorum ex postfacto declarare, vel arbitrari voluerit, eodē modicendum est, quod durante societate, non potest alter sociorum extrahere aliquam partem pecuniae ratione lucri sibi competentis, ante reuismationem: quia tunc non apparet: an sit lucrum vel damnum: & adhuc societas possit se habere & ad lucrum & ad dannū: quia sicut capitale extrahī non potest durante societate, vt supra dictum est: ita neq[ue] lucrum: quia lucrum assumit naturā capitalis. vt in. l. 2. & ibi notat Bar. & Ioa. de platea. C. d. frumē. vrbis cōstan. li. xi. refert & sequitur angelus de are. insti. desoci. in fine principiū, intelligitur tamen supradictum esse verum: nisi a principio hoc fuerit conuentum: quod vtricq[ue] vel alter eo rum liceret annuatim aliquid extrahere: nam tunc conuētio seruanda est. l. 1. §. si conueniat. ff. deposi. & l. si conuerterit. ff. pro socio. Item si cōsuetum est communiter ita fieri: quia consueta intelliguntur tacite. l. q[ui] si nollet. §. quia assidua. ff. de edili. edicto. idem dicēdū esset, si alter ex socijs esset pauper: nam ex qualitate ipsius tacite hoc presumi esse actum quod aliquid ex societate debat accipere: quia alias nō posset operari: vt est videlicet in istis ligantoriibus & alijs pauperib[us] officialibus: qui ex operibus ditem viuunt: nam istid. e[st] bent aliquid habere de mane pro aliamentis secundum Bal. & Cinum in. di. l. aduersus. aliae multae quæstione s[ed] hic possent inseri in hac materia societatis: sed q[uia] hoc esset a principali p[ro]posito discedere & materiā societatis accumulare: quod nō est nostra intentionis suffici-

ciat supra dicta tetigisse ad aliqualem instructionem huius materiæ; & quæ materiam nostram attingunt: ex quibz possunt alia multæ decidi, & determinari, de quibus volentes videre videant Angelum de periglis in tractatu societatis, & petrum de vbaldis in simili tractatu, quem fecit & quintam partitam. ti. x. l. 4. s. & 6. & per totum titulum per palacios Ruuios in repe. c. per vestras folio. c. xij. cum sequentibus.

q. 29. 3. p. tis. i. **T**ranseamus nunc ad aliam materiæ usurarum lucratoriarū: quæ tangit nostram materiam: quā principaliter tractare intēdimus. s. de aliquibus mercatoribus: qui soleni & consuecant emere, vel vēdere alias merces, antequā a terra colligantur, & recondantur in horreis vel vasis: puta triticum, vel ordeum, vel vinū, vel boues, vel eues, vel arietes, vel lanam, vel aliquid simile; & precipue versantur in instrumento, vel annona quarum a statim crescit, vel de crescit per cursum tēporis: & emūtur, vel vēduntur ante tēpus: carius q̄ valescent: quia differtur solutio ad tēpus: vel vilius vēduntur, vel emuntur: quia precium soluitur, anteq̄ tradantur emptori: de quibus loquuntur iura in. c. in ciuitate &. c. consuluit de usu. &. c. fi. & ibi docto. canonista Scotus in. 4. sententiarū dis. 11. ar. 4. q. 2. & ibi Ricardus q. v. art. 1. licet breuiter loquatur & Gabriel ibi sup arti. 1. notabili. 2. & in hac quæstione sunt duo mēbra. **P**rimū est ex parte venditoris, qui vendit istas merces ante tēpus collectionis carū: & quia ante recipit preciū: q̄ tradat eas: vilius vendit: & hoc frequentius: quandoq; carius & hoc raro: sed quādo vilius vendit: iūc ex parte sua nullum est peccatum: nisi ex eo q; prestat empto-

ri occasionem peccandi: si quidē carius vendit: quod raro accidit: ex eo quod anticipatur solutio: iūc ex parte sua potest esse peccatum: & tenetur ad restituionem: vt infra dicetur. **S**ecundum mēbrum est ex parte emptoris: qui vilius emit frumentum vel annonā vel vīnum vel oleum: quia anteq; tradātur: vel colligantur: soluit, & quia ista materia potest comprehendere multos causas: qui quotidie accidunt: & non possent ita breuiter oēs recopilari: vt melius materia capiatur: & intelligat traxo eam & declaro per alias regulas & conclusiones ex mēte predictorū iuriū & doctorū canonistarū & theologorum in locis preallegatis.

Estigitur prima regula siue conclusio ex parte venditoris: vbi cuncti vendori habet lucrū certū & securū: siue pretiū statim soluatur: siue differatur solutio: & emptor econtra habet damnum & periculū certū: & est notabile damnum: tunc contractus est illicitus ex parte venditoris: & peccat: & tenetur ad restituionē in foro conscientiae: licet in foro iudiciali secus esset: vt puta si vēditor verdit rē plus iusto pretio etiā infra dimidiam iusti pretij: si deceptio est notabilis: siue pretiū soluatur ante: siue statim soluatur pretiū: siue ad tempus.

Secunda regula seu cōclusio ex parte venditoris, vbi cuncti vēditors suppontur periculo dāni presentis: vel futuri: sicut commodo lucri: ita q; non habet certum & securum lucrum: vel ad est lucrum: & est moderatū & non cū notabili damno emptoris: siue preciū statim soluatur: siue ad tēpus certum: contraetus est illicitus & permisus: & poterit etiam esse meritorius: si non facit principaliter spē lucri: sed vt subueniat amico vel

amicō vel proximo: vt puta si quis vēdit frumentū alicui vel annonā ante quam colligātur: quia emptor patitur necessitatē: & est tēpus charistiæ frumenti: vult esse certus & securus: q̄ tēpore messis habebit frumentum necessarium sibi: idco vult ante tēpus sibi p̄uidere: & venditor vt subueniat suā necessitatē vēdit sibi, & forte carius q̄: p̄stea valet tēpore collectionis, & lucrū non est excessiuū, neq̄ emptor patitur notabile dāmnu, vt dixi, cōtractus est licitus ex parte venditoris: & secundum intentionē poterit esse meritorius vel demeritorius, siue preciū soluatur statim: anteq̄ res tradatur, siue postq̄ res fuerit tradita.

Tertia regula seu conclusio ex parte emptoris. vbi cuncti emptori habet certū & securum lucru: & non supponit periculo dāmni: si ue: differatur traditio in tēpus: contractus est illicitus & emptor peccat: & tenetur ad restitutioñē: si est notabile dānum in venditore: verbi gratia aliquis emit frumentū vel annonā vel vinū vel oleum: anteq̄ colligeretur: & quia anteq̄ colligerentur: soluit pecuniam colono vel rustico: quia indigebat pro colligendis fructibus vēdedit multo viilius: q̄ valeret tempore collectionis: & emptor ppter necessitatē illius: & quia ante soluit: quā res traderetur: multo vilius emit cum natabili dāmno venditoris: vel etiam si statim res tradatur: vt dixi: iste cōtractus est illicitus ex parte emptoris: & peccat: & ad restitutioñē tenetur.

4. regu. **Q**uartā regula seu cōclusio ex parte emptoris est: q̄ vbi cuncti emptor nō est certus: neq̄ securus de lucro: sed supponit periculo dāmni: sicut cōmodo lucri: emptio est licita: & permitta: & po-

terit esse meritoria vel cōmeritoria quo ad deum: secundum intentionē emptoris vt dixi in venditore: vt puta si alioq̄ emit a Rustico vel colono frumentum vel annonā pro certo precio: quod tūc videbatur iustum: qui rusticus egebat illa pecunia pro colligētis fructibus: & emptor vt subueniret eius necessitatē: emit illud frumentū vel annonā vel vinum pro precio: quod tunc videbatur iustum: licet postea tēpore traditioñis vel collectionis plus valeat: emptio est licita: & permitta: & meritoria: quia fecit vt subueniret necessitatē p̄ximi: dū modo deceptio nō sit nimis excessiuā.

Quinta regula seu cōclusio est. vbi cuncti regulā cuncti preciū rei venditae vel emptiae non est punctualiter determinatū a lege vel statuto: tunc modica additio vel diminutio precij ex parte emptoris: q̄ non avert notabile dāmnu parti: non facit contractum emptionis vel venditioñis illicitum: neq̄ tollit equalitatem iusticie commutatiuae: neq̄ obligat ad restitutioñem.

Sexta regula seu cōclusio. vbi cuncti regulā alicuius res sunt duo precia: vnum moderatum & cōmune: alterū vero rigorosum: tunc res potest licite vendi: vel emi ex parte venditoris pro precio moderato vel cōmuni vel etiam pro precio rigoroso: siue preciū statim soluat siue differatur solutio ad tempus: si vero venditur: vel emitur res ultra precium rigurosū: tunc venditio esset illicita: & idem in emptione.

Septima regula seu cōclusio est: vbi cuncti preciū rei est punctuliter determinatum alege vel statuto: tunc modica additio precij facit cōtractum illicitum: & vendēs illam rē ultra precium taxatū alege peccat: & tenetur ad resti-

tutionem. **P**ono exemplum istius ultimae regulæ tempore carist æ frumenti & annonæ. in regno isto fuit edita & promulgata quædā prematica luctio: q̄ mensura frumenti venderetur tali pretio: & annonæ tali pretio: & nō v̄l tra: & farinæ: & panis cocti: & sic ð singulis sub certis penis: & sic pretia illarum rerum fuerunt punctualiter taxa ta per Cæsarē & imperatorem regem nostrū: nōne qui occulte vel per fraudes vendiderunt triticū vel annonam vel farinam vel panem plus pretio taxato a pramatica sanctione peccauerunt: & sunt oblagati ad restitutionē: **D**icendū est per supra dicta: q̄ sic: quia pretium erat punctualiter taxatum a principe & lege eius: & illud erat iustum propter bonū commune: & hoc siue vendiderunt soluto statim pretio: siue dilata solutione: & hæc conclusio colligitur ex dictis. S. Thomæ vbi supra & ex eius mente: & pro hoc etiam facit: q̄ vñilex positua non est contra ius diuinum vel naturale: sed preter: & est facta ab habente potestatem legis condenda: & propter bonū communis vel publicum obligat etiam in foro conscientiæ: & contravenientes peccat: sed m. S. Thomā. 2. 2. q. 6. o. ar. 1. & abbatē cum referentem in primo li. deere talū & in. c. i. de cōstitu. tenet bar. in. l. si quis pro eo. s̄t. de fide iusso. sed ista. l. erat iusta & honesta & communis eminibus: ergo obligauit in foro conscientiæ: & contravenientes peccauerūt: & sunt obligati restitutio: & per predictas regulas & questiones possunt decidi: & determinari alij multi casus: & questio: quæ quotidie occurruunt: & occurtere possunt sed sufficiunt pronunc exempla posita in qualibet corū:

& possunt etiam adaptari ad materiā societatis.

Cluxia predicta etiam queritur: an q. 30. 3. p. sit licitum pecuniam auricā vel argen. us. 1. team vendere pro ærea: nō loquor de permutatio: vnius monetæ cum alia: de qua dixi supra: sed loquor de vera vēditione pecuniæ: puta aliquis profecturus in viam longincam vel remotam eget multis pecunijs pro itinere: & si omnem pecuniā necessariam portaret in pecunia minuta: esset nimis onerosa sibi: & non poterit ita faciliter portare: & facilius portabit pecuniam grossam auricam vel argenteam: quam minutam: quia minus occupabit: emit a quodam mercatore trecentos duca tos castellanos duplices: & dat ei pro quolibet ducato decem ultra valorem solitum & currētem: queritur an hoc sit licitum ex parte vendoris: & alia exempla ponit possunt: & multi tenēt: hoc possit licite fieri maxime summa sive strina in parte vñura referēt alios doctores theologos ita tenentes: & in cāpsoribus non est dubium: quia hoc est eorum officium propriū: permutare vnam pecuniā vel monetā pro altera: puta minutam pro grossa: vel econtra & ratione laboris numerationis: & propter industriā personæ & expēs misistrorū ad hoc officium deputatorū possunt licite aliquid recipere ultra verū valorem monetae currentē: quia vēdunt vel permutant. Sed in alijs personis priuatis non habentibus officiū est maius dubium: & videtur prima frōte hoc esse illicitū. Primo q̄a pecunia secundū suā naturā est in vēdibilis: nam pecunia fuit iniūta: vt p ipsam alia res emātur: & estimētur: nō vt ipsa vendatur: & sic tenēt doctores: maxime Ana-

nia in. d.c.fi. in multis locis in alio proposito & Innoc. ibi & sic qui vedit pecuniam: vtitur ea ad illū vsum: ad quē non fuit inuenta: sed contra ipsius naturam & vsum naturalē. ¶ Preterea si veditur præter valorem taxatū a principe: videtur illicita venditio cum precium monetæ sit pūctualiter taxatum a principe: qui potest monetam cedere, & valorem eius taxare. ¶ Preterea hoc videtur fieri ex cupiditate veditoris & auaritia & propter lucrum principaliter: quod est illicitum: vt supra dixi, de vidente rem non mutata forma, & absq; melioratione vel immutacione: sed nihilomin⁹ p̄fati doctores theologitent contrariū: quorum auctoritas est maxima. Sed ego limitarem et intelligerē eorum opinionem cū quodam moderamine scilicet quando hoc nō fit principaliter spe lucri inde habēdi: sed vt placeat, vel bene faciat rogan, ti: & subueniat illi: qui patitur hanc necessitatē: alias si propter lucrum principaliter non excusaretur a peccato: & licet talia facientes non sint dānandi propter opinionem supra dictorū doctorum: quia tamē frequentius mouentur propter lucrū: & vt plus p̄cipiant: ideo consulendi essent: vt hoc non facerent: & tutius est abstinere: vt in simili dicit Ioa. de ligna. quē refert & sequitur Anania in. d.c.fi. de vſu. xxij. &. xxv. col. Sed tenendo opinionem supra dictorum dectorū, ad motiuā in contrarium adducta respōdeo: q̄ pecunia est inūdibilis: atēo proprio subiecto & natura ipsius: sed hoc fallit ppter cursum monetæ, & propter excessum in valore ratione cursus ponderis vel bonitatis, plus enim valet propter suum cursum ducatus venetus quam Roma-

manus, & Castellanus q̄ Roman⁹, itē propter auri bonitatem plus valet ducatus Castellanus. q̄ Gallican⁹, & romanus: item ratione ponderis plus valet nouus ducatus, q̄ vetus: qui aliquādo consumptus est. item ratione temporis potest plus vel minus valere ducatus vno tempore: q̄ alio: sicut aliquando plus vel minus valet aurum, prout experientia docet. Item non obstat secundum motiuū: quia illud cessat vbi valor ducati mutatur ex diuersitate locorum vel ex alijs causis: de quibus supradictis: quia tunc non videtur illicitum: licet si venderet in eodem regno, vbi valor nunquā mutatur: non crederem illicitū: sed vt portarentur ad alia regna: vbi plus valent. Item non obstat secundum: quia presupponitur: q̄ non fiat principaliter spe lucri: sed vt supra dixi, ego autem vt dixi: semper dubitui de hoc nisi auctoritas tantorum doctorum in contrarium suaderet; expedita est tertia pars. i. partis principalis.

¶ Restat examinanda quarta pars huius primæ partis: circa quam est examinationum & tractandum: an usura mægitis, sit prohibita omni iure diuino & naturali & humano: & quibus rationibus sit prohibita: dico ego concludendo: & resoluendo breuiter hanc partem: quod usura lucrativa: de qua supra tractatum est: prohibita est: omni iure diuino naturali & humano. Legediuina probatur auctoritatibus sequentibus. Primo auctoritate Exodi capitulo. xxij. vbi dicitur si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi: qui habitat tecum: non vrgebis quasi exactor: neq; usuris primis.

¶ Itē Leui. xxv. capitulo si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu:

suscepere is eum quasi aduenam & pere
gimur: & vixerit tecum ne accipias
viuras: ab eo: neq; amplius quam dedi-
sti: time deum: vt viuere possit frater
tuus apud te: pecuniam tuam non da-
bis ei ad vsuram & frugum superabu-
dantiam non eriges. Item in Deu-
teronomio no dabis fratri tuo & pro-
ximo pecuniam ad vsuram: neq; triti-
cum: neq; aliud: vt dominus deus tuus
bñdicat tibi in omnibus operibus tuis
& in terra possessionis tue ita quod si
contrarium fecerit: maledicetur: & erit
maledictus a domino cum sua substi-
tia & possessione. Itē Ezechielis. xvij.
capitulo dicitur. qui pecunia suam ad
viurā non accōmodauerit & amplius
non acceperit: hic iustus est: & vita vi-
uet: ait dominus Deus. Item Psalmus
xiiij. qui pecuniam suam non dedit ad
viuram. &c. Hic accipiet benedictionē
a domino. & simile dicit̄ Psalmo. liij.
& Luca capitulo. vi. mutuum dantes
& nihil inde sperantes. his auctoritatib-
us patet vsuram esse prohibitā iure
diuino. De iure naturali est etiam pro-
hibita: quia exigere lucrum vel intere-
sse pro eo quod non est: neq; habet vsu-
ram contra naturam: & contra natura-
lem rationem: & equitatē: sed hoc con-
tingit in rebus mutuabilibus: in qbus
comittitur vsura: quæ nullum vsu m-
habent distinctum & separatum a do-
mino & proprietate: sed cū dominium et
vsus idem sunt: & vsus earum est con-
sumptio: vt dixi in principio. Itē quia
exigere lucrum vel interesse puniæ est
soluere his eādem pecuniam: quod est
contra rationē naturalem & equitatem.
Item quia ex vsura sequitur vnum
maximum inconveniens contra natu-
ralem equitatem secundum philoso-

phum in libro politicorū: quia ex me-
dio fit finis: quia moneta vel pecunia
fuit inuenta: per quam omnes aliae res
tractarentur: tanquam per quoddam
mediū: per quod adducerentur ad cō-
mercium humānum: itaq; pecunia nō
debet esse finis sed medium: & sie non
potest ex ea aliquid p̄cipi: quia sic vte-
retur pecunia tanquam finis: & non tan-
quam medio: vnde qui hoc modo vtu-
tur pecunia: non dicuntur vti sed abus-
ti. Item quia pecunia non potest pare-
re vel germinare pecuniam: sicut aliae se-
mina & res quæ producunt & germi-
nant fructus. Item quia contra natura-
lem equitatem est locupletaricū alie-
na iactura vel damno. I.nam hoc natu-
ra. ff. de cōdi. indebi. regulalocupleta-
ri. de regu. iu. libro. 6. sed hoc cōtingit
in vsura: quæ substantias deuorat: &
ideo dicitur vorago: quia substantias
deuorat: & etiam animas: vt in capitu-
lo primo de vsu. libro. 6. cum glo. licet
secundum leges dicitur dulcedo: sed
hoc est respectu recipientium vsuras.
Itē etiam naturali ratione prohibetur
vsura: qā homo naturaliter est animal
ratiale & sociale: & hinc tenetur pro-
ximo subuenire: & amico in necessitati
bus suis. sine eius damno vel incommo-
do: vnde non debet ab eo exigere vsu-
ram: cū mutuando: quia sic plus amicū
vel proximum damnificaret: vel ledes-
ret: quam proficeret: quia onerat eum
maiori debito & necessitate: quam an-
te patiebatur. Item quia preceptum iu-
ris naturalis est: alterum non ledere: vt
in principio insti. de iur. natu. gen. & ci-
uili. & taliter mutuando sub vsuris ip-
sum lederet: vt supra dixi: vnde ex su-
pradicis colligitur vsuram esse prohi-
bitā iure diuino & naturali; & esse con-

tra naturalem equitatem & rationem. Prohibitæ sunt etiā usuræ de iure canonico vt. xiiij. q. iiij. per totā causam & capitulo primo de usu. lib. 6. & eodem titulo in decretalibus & etiam iure ciuili hodie sunt prohibitæ vt notantur per glo. & docto. in capitu. quia in omnibus de usu. maxime. per Abb. & per iasso. in. l. i. C. de summa. trini. & fide catho. & per Immol. & alios in cle. i. de usuris.

1. ratio. Rationes vero quare usuræ sunt pre usuræ habitæ aliq. sunt tactæ supra proximæ sunt phi. aliae sunt etiā rationes. Prima est secundū Innocen. quia si licetū esset usuras exercere: omnes ferē homines relata agricultura & alijs iustis laboribus & mercimonij: vnde viuere possint intenderent usuris exercendis, cum sit lucrum valde tutum & securum & sine labore: & ex hoc cōtingeret caristia & penuria rerum necessiarium ad usum humanū: nam pauperes propter defectum pecunia: quā sine usuris habere non possent: instrumenta & alia necessaria ad agriculturam habere nō possent. Et sic sequeretur excidiū pauperū: qui victualia ita cara habere non possent: & hoc esset maximū, & summum periculum fidelibus.

2. ratio. Secunda ratio est: quia diligendo pecuniam vix evitaretur idolatria: quia usurarij pecuniam, vt deum colunt, & venerantur capitulo sicut ij. xl. viij. distin. capitulo avaritiæ de electio. li. vi. **3. ratio.** Tertia ratio quia est contra charitatem & pietatem; nam secundum preceptum charitatis tenetur quilibet subvenire proximo suo indigenti & necessitatem patienti sine lucro: vt supra dixi. **4. ratio.** Quarta ratio est, vt dixi: quia contra naturam pecunia est: quod germis-

nei vel pariat pecuniam. **Tertia ratio.** Tertia ratio est quia vix potest esse aliquis exercitatus usuras: qui diu duret sine paupertate: quæ nimis periculosa est: vnde timent valde usurarij: qui licet aliquando viuant diuites, & diuitijs affluant: ista diuitia parū curabunt: quia iusto deiuditio cum sint male acquisitæ, & in damnum & pernitionem tot personarum, non veniet ad tertiam generationē: iuxta illud sapientis labores impiorum iusti edent: & iuxta quod habetur transsumptiuē in capitu. nisi cū pridem de renun. ego sum deus zelotes vindicans peccata patrum in filios, & usq; in tertiam & quartam generationem. **Aliam rationem ponit Bal.** **5. ratio.** in. l. i. C. de summa trini. & fide. catho. videlicet quod ideo usuræ sunt prohibitæ: quia in eis est figura sine materia: & substantia sine causa: vnde est figura substantiæ, & non substantia: quia non est cōgrua causa. de his omnibus rationibus & de alijs multis videndus est Abb. & latij Anania in ru. de usu. Sed iuxta premissa queritur an Pa- pa possit dispensare: vt usuræ exerceantur: & de hoc videtur: & est casus in. c. super eo de usu. quod non & ibi Abb. & Anania, dicit tamē Anania ibi post alios doctores: quos refert: q; super criminem iam commisso renitendo dispe sare potest: sed super crimen cōmittendo non: & idem iasso. in. l. i. C. de summa trini. & fide. catho. Immol. in cle. i. de usu. Item quia in aliquibus casibus dispen sare potest, vt in. c. salubriter & c. con questus de usu. sed vniuersaliter nō potest: quia cū usuræ sint prohibitæ a legge diuina vtriusq; testamenti, vt supra dixi. & est casus in. c. super eo: inferior legem superioris tollere nō potest. liē k. in

alia ratione videtur mihi: qd non possit dispensare; quia cum exercere usuram sit peccatum: & de sui natura sit iniustum, & illicitum: & contra rationem naturalem: Papa non potest facere: qd sit licitum: vel iustum: nam Papa non potest immutare naturam rei argumento. l. secundae ff. de usu, fru. earum rerum quae usu. cōsu. & quia iura naturalia in mutabiliis sunt; insti. de iure. na. gen. & ciui. s. sed naturalia et Papa ius diuinum tenet seruare usq; ad animam; ei sanguinem. c. sunt quidam xxv. q. v. verum tamē est: qd in aliquibus casibus Papa ex iusta causa dispensat contra ius diuinum: de quib; per Fœlinum in. c. fi. de maio. & obedi. et in casibus. c. salubriter &c. cōquestus ibi propri. non est usura; sed interesse & recompensatio damni emergentis vel lucrcessantis: nisi dicamus: qd papa possit disponere: qd mutuans non possit accipere ultra duos solidos ultra sortem: vt dicit glo. i. cle. i. de usu. in. ysl. facere. quā sequuntur ibi Car. Immol. & Pau. de Eleazar: Stephan⁹: & Bal. auct. ad hæc C. de usu, quia statutum negatiū non recipit contrarium sensum in actu pecuniali: & hoc non est permittere usuras. q. 2. 4. p. **Sed queritur iuxta predicta: quia supra dictum est: qd mutuans sub usuris peccat mortaliter: quid de accipiente sub usuris an peccet mortaliter: & dicendum est: qd aut dans erat paratus dare ad usuram: & erat solitus fœnerari; & accipiens erat in necessitate positus; & tunc non peccat accipies licet dans peccet: quia accipiens vititur modo hominem ad subuentandum suæ necessitatit: sed si dñs nō erat paratus dare ad usuram: unctam dans: quam accipies peccant mortaliter: dans quia fecit contralegē Dei;**

accipiens quia ipsum induxit ad peccatum: cum ipse dans non erat paratus mutuare sub usuris, ita tenet. S. Thomas. 2. 2. q. lxxviij ar. fi. i corpore questionis quem refert & sequitur Abb. in. d. ca. super eo & ibi Anania. **Sed dubitatur an usurae in aliis casibus sint permisæ: & glo. in. d. c. cōquest⁹ in glo. fi. ponit sex casus. in quibus usuræ sunt permisæ de iure ultra illos; ibi abb. ponit alios octo casus; qui sunt sequentes per ordinem. **Primus casus in ea primus casu eiusdem. c. conquestus in fine. casus.** **Secundus casus in. ca. per vestras de tertius dona. inter. vi. & vxo.** **Tertius casus casus.** vt cum vēdo tibifundum; & trado & percipis fructus: neq; solues mihi pretium ad terminum. vt in. l. 1. C. de usu. quia tunc possum petere fructus.** **Quartus casus est: quando vēdo ti quartus bifundum cum pacto de retro vendē. casus.** do iusto pretio: nam isto casu emptor lucratur fructus: nisi esset modicū pretium vt. c. illo vos de pigno. **Est quintus casus vbi pecunia datur ad pōpā: casus.** possū inde recipere mercedē. **Sextus casus quādo aliquid apponatur nomi sus.** ne penze non in fraudem usurarum. **Septimus casus est in fidei iusso: qd septimus soluit usuras creditori: de quo per lo. casus.** An. in reg. datum de regu. iu. lib: 6. **Octau⁹ casus est quādo emittitur an octau⁹ nuus redditus: de quo nota in. c. in ciuitate casus.** tate de usu. & c. fi. **Nonus casus est nonus casus ratione dubi⁹: vt. d. c. in ciuitate & c. fi. sus.** **Decimus casus est: quando aliquid decimus gratis datur cessante prava intentione casus.** arg. c. dilectus de simo. **Vndecimus vndecimus casus est quando ratione mutui creditor recipit laborem: tunc enim imprimium laboris potest non computare fructus in sorte secundū hostien. & re-**

mittit ad notata in summa eiusdem titu.
s. in aliquo. **D**uo decimus casus est
quando ratione administrationis tene-
tur collocare pecuriā in emptionē pre-
diorū: ut tutor & curator si. n. non col-
locauit pecuniā pupillarē in predijs e-
mēdis: teneat soluere interesse: & idē
est in prelatis ecclesiarū: nā ipsi etiam
tenet ad quirere ecclesiis suis, si possunt,
alias tenetur ad damnū. **D**ecimus
terti⁹ casus est in casu. c. abillo xiiij. q.
4. sed omnes predicti casus nō sunt ve-
ri casus usurarij, sed poti⁹ est quedā re-
compensatio interesse damni emergētis:
& sic sunt usurarij punitoriae, vel recō-
pēlatoriae: qua sunt p̄missa iure diui-
no & humano vt. s. dixit & omnes su-
pradicata casus reducuntur ad duos ca-
sus principales scđm Scotū. in. 4. seni-
tiarū distin xv. q. 2. arti. 2. in quibus lis-
cite potest quis recipere ultra sortem.
Primus est ratione cōtractus. **S**e
cūdus est sine aliquo cōtractu, in pri-
mo casu tribus modis potest quis re-
cipere aliquid ultra sortem. **P**rimo
modo ratiōe penæ: qua nō est apposi-
ta in fraudē usurarum: ut supra dixi in
vi. casu: & tunc dicit ipse: q̄ pena vide-
tur apposita in fraudē usurarū: quando
creditor mallet: q̄ terminus solutionis
trāsiret: ut debitor solueret peccātū: quā
q̄ debitor solueret in termino p̄fixo:
vel aliter scđum Grabielē in. d. dist.
argu. 1. nota. . si creditor verisimiliter
p̄sumeret, q̄ debitor non solueret in
termino assignato, vel quando apponi-
tur peccātū nimis excessiva, vel quando
vēditur rescum pacto de reūdēdo: &
est modicitas precijs vel secundū quod
dicit archiepiscopus Florē. 2. par. ti. i.
ca. viij. &. xxij. quando creditor est soli-
tus fenerari vel quando declaratur in

cōtractu q̄ quolibet anno vel menie
debitor incurrit in penā: de qua mate-
ria per docto. in. l. cū allegas. C de v. u.
& per Ananiā in. d. c. f. de v. u. sed om-
nia supra dicta procedunt quātū ad il-
lud quod potest presumi in foro exte-
riori: sed in foro conscientia standū est
conscientiae cuiuscunq̄ faciētis tales cō-
tractus. **S**ecundo modo aliquid p̄o-
test recipi ultra sorte ratione damni e-
mergentis, vel lucri cēstatis: de quo su-
pra latius dīctū est. **T**ertio modo ra-
tione verissimilis dubij: sicut etiā supra
dictū est, ī 6. casu vbi capitale & lucrū
ponitur sub periculo. **S**ecūdus ca-
sus est, secundū S. otū quando sine cō-
tractu aliquid recipitur, ultra sorte: &
ad hunc casum reducitur cōme illud:
quod liberatiter datur: nō ex factovel
exactione vel intētione precedenti, &
per predicta remaneat ex pedita prima
pars principalis operis, cū suis mēbris
& particulis accessorijs.
Restat ergo tractare de. 2. parte pri-
scđapars
cipali: in qua tractādum est de usurarij principa-
lijs: & quibus penis afficiantur, & fu-
niantur iure. & circa istam. 2. partem
principalē est etiam vidēndū: quis sit
usurarius: & quis dīcat: mani festus u-
surarius, & quis non manifestus, &
qualiter ad restitutionē teneantur: eo-
rū qua per usuras extorserūt: tamip-
si quā eorū heredes, vel successores uni-
uersales vel particulares, & quibus
penis afficiantur & similiter, aliquæ que-
stiones accessoriæ sup̄ iungēt. **E**t
quo ad primūdico q̄ cognito quae sit
usura cognoscitur: quis sit usurarius:
quia cognita causa cognoscit effectus:
& cū usura sit vt supra dixi: quid quid
occassione mutui ex pacto, vel exactio-
ne, vel intētione, antecedēti, ultra sor-

quis sit utem percipit. **S**ed quia inter usurarij usum manifestum; & non manifestum manifestū interest: vt infra apparet: id est. **Q**uod operae pretiū est videre: quis sit usurarius manifestus: & licet in hoc variae sint opinōes doctorū: breuiter referā eas: quae plus mihi placent: & dico secundum loca. an. in. c. cum in diocesi de usu. quem ibi refert & sequitur abb. **Q**uod usurarius manifestus dicitur ille: qui habet mensam paratam: & altare param: ad mutuandum omnibus sub usuris: & dicit ibi abb. **Q**uod istud non dicitur notorium facti trāscuntis: sed facti permanētis vel interpolati: ex quo habet mensam paratam: vnde de eodem iudicandū est: sicut de notorio facti permanentis: & sic ubi deesset hæc notorietas: Alia argumenta requiruntur: sed ubi adesset talis notorietas: alia argumenta non requiruntur: pro hoc allegat. c. 1. & c. quāquam de usu. li. vi. & cle. eos de sepul. & hanc eandem opinionē in effectu videtur tenere, & sequi dominus Petrus de palude in. 4. sentētiarū distin. xv. q. 2. ubi dicit **Q**uod manifesti usurarij dicuntur: qui palam in conspectu omnium mutuant: sicut faciebant alias qui illo tempore habentes palam manus suas: sicut numularij, & Iudei: sed glo. in. c. quan quam in glo. 2. de usu. li. vi. dicit: **Q**uod si quis confiteatur coram sacerdote, & testibus, se esse usurarij: ista confessio facit illum manifestum usurarium: licet alias confessio extra iudicalis non inducat notorium: vt in. c. fi. de coha. cli. & mulie. & ratio quare in hoc casu confessio extra iudicalis inducit notorium, & manifestum. est. quia sacerdos in hoc casu dicitur iudex ipsius quo ad forū anime: vnde confessio videtur facta coram iudice competen-

ti: licet ista rātio glo. reprobat: ibi per Philippum francum. Vnde ipse trāxit ad aliam opinionem post Angelum in sua disputatione: **Q**uod si corā tabellione: & testibus: quis fuerit publice confessus: se extorsisse usuras: & mādet illas restituī: & ipsi tabellioni librū rationū tradiderit: his concurrētibus: censetur usurarius publicus: & manifestus: & ita etiā refert tenere Lapū alleg. c. xxiiij. post medium. dicit etiā ipse Philippus ubi supra: **Q**uod si dicta confessio fit coram sacerdote: & testib⁹: ita publice: **Q**uod per hoc innotitiam multorum peruererit: facit eum manifestum usurarium: alias si clandestine & taliter: quod non publicatur in populo talis confessio: tunc Secus esset. **V**el scundum Bal. in. l. i. C. de summa tri. & fi. catho. ille censetur manifestus usurarius contra quem est communis opinio: quod sit usurarius: id eo si probaretur per duos testes vel per tres: quod est usurarius: si non probaretur communis opinio: vel aetius publice factus non diceretur manifestus usurarius: etiam si codicessui producerentur: quod dicit singulatiter probari per l. scripturas. C. qui po. in pigno. habe. ex quo infertur: **Q**uod confessio facta in iudicio & extra iudicium facit confitētem dici manifestum usurarium: si fiat ita publice: **Q**uod in plurimorum notitiā peruererit: & ex ea resultat communis opinio: quod sit manifestus usurarius: facit quod notat idē Bal. in. l. i. C. de testa. circa finē: ubi dicit sufficere vt testes dicāt aliquē haberī pro manifesto & publico usurario: licet nō videat eū fenerantē: licet quo ad repetitionē usurarij talis probatio nō sufficeret. Bar. in. l. i. ff. defurtis ponit aliū mo-

dū, p bādi quē mānifestū vsurariū: quē vide, ibi lo. de anania in. c. cū in diocesi de vsu, multū se in voluit in hoc: & mihi apte videt cōcludere: sufficiāt ergo supradicta ad intelligēdū: q̄s sit manifeſtū vsurarij: cognoscet p cōsequēs: q̄s sit nō manifeſtū: q̄a cognito vno cōtra riorū: cognoscit & relinqu. l. cū similibus, ff. de his quiſūt ſui vel alia iuris.

z. pars. 2. ¶ Quātū ad ſcdm huius, 2. ptis q̄litteris prinpalis. ad reſtitutionē teneat vsurarij: dico q̄ oēs vsurarij ſiue manifeſti: vel nō manifeſti: q̄a in hoc nulla eſt differētia: tenet ad reſtitutionē corū; q̄ p vsuras extorſerūt: eis a q̄bus extorſerūt: vel exegerrūt: vel hæredibus ſuis vel eis nō extortibus: reſtitutio eſt faciēda pauperib;: ſi habeat facultates: vñ reſtituere poſſim: vt in. c. cū tu de vsu. q̄a nō dimittit pcfm niſi reſtituat ablatū. vt in regula. pcfm de reg. iu. li. vi. & ratio q̄re oēs vsurarij tenetur ad reſtitutionē: eſt quia neq̄ iure diuino: neq̄ humano: vsurarius acq̄liuit dominiu earū: neq̄ eſt ſatus dñs ſcdm Ricardū in. 4. ſentērū dis. xv. art. v. q. vi. & S. Thomas idē ſe. tit. 2. 2. q. 32. art. 7. in corpore q̄ſtiois. ſi aut nō habet vnde reſtituere poſſit tūc paupertas eos excusat: ſi ſit nota vt i. c. su

q. i. 2. ptis p eo d̄ vsu. y. ſ. illi aut. ¶ Sed cū ille tex. principia dicat: q̄ nota paupertas eos excusat euidēt: q̄rit: qd̄ ſi paupertas nō eſt nota: an excusat a reſtitutiōe vsurariū: & dico q̄ q̄tū ad forū animæ & cōſciētiae ſi eſt paup̄talit: q̄ nullo mō reſtituere pōt: excusat ari ſi paupertas nō ſit nota euidēt: & ſi partē reſtituere poſteſt: illā reſtituat pmo veniēti. ſcdm lo. an. in. c. cū iu. post. glo. i. c. quāq̄ d̄ vsu. li. vi. ſed ſi ad pinguiorē fortunā puererit: teneatur ex toto reſtituere, vt p. glo. in. c. cū iu. de vsu. in. y. facultatib;. Sed q̄ad fo

ru iudiciale ſi paupertas nō eſt euidēter nota: nō exculatur: in o pōt ſubſciver beribus: & torturæ ipſe vsurarius: ve veritas eruāt: vel iuret ſe nihil habere: neq̄ habetur ratio ne egeat: quia non debet viuere de a lieno cum peccato ſe cūdū glo. in. y. bo. euidēter & ibi abb. in. d. c. cum tu. ſi vero aliquas poſſeffio- nes emerunt ex pecunia fenebri: ſi alias facultates non habent: debent vendi: & ipsarum pretium hiſ: a quibus vsu- rae ſūt extortæ: debet reſtitui, vt ſic nō ſolū a poena: ſed etiā a peccato poſſint liberari vt in. d. c. in finalibus verbis.

¶ Sed iuxta predicta queritur. an vsu q. 2. 2. p̄ rarius teneatur reſtituere: non ſolum tis principia vsuras: ſed etiā quicquid ex pecunia palis. vsuraria fuit lucratuſ. & dicendum eſt ſecundum beatū Thomā. 2. 2. q. lxxvij ar. 5. in corpore queſtiois: q̄p ſunt qua- dam res quarum vsus eſt ipſa conſumptio: vt ſupra dictum eſt quia non ha- bent vſum fructū: vt pecunia: triticū: & oleum: & talia: ſi fuerunt per vsurā exa- cta: non tenetur vsurarius reſtitue- re: niſi id quod accepit: nō tamē illud: quod ex illa re vel cū illa fuit lucratuſ: quia non eſt fructus huius rei: ſed in- duſtriae humanae: niſi per detētionem- talis rei: aliter ſit damnificatus amitten- do aliquid de bonis ſuis: quia tūc tene- tur etiā ad recōpēſationē talis dāni: & no- cumēti. quædā reſvero ſunt: quarū vsus nō eſt earū cōſumptione: ſed habet vſum fructū: ſicut dom'us: & ager & ſi- milia: & in talibus: ſi q̄s domū: vel ag- grū alterius: p̄ vsurā extortis: non ſolu- teneat reſtituere domū: vel agrū: ſed etiā ſructus inde p̄ceptos: idē ineffectus cōcludit dominus Philippus referens eūdem post lo. an. & archidia. in. d. c. quanquam de vsu. li. vi.

q.3.2.p. **S**ed circa predicta queritur: de alijs us princi tribus quest' onibus, prima an bona palis. usuriarum sint tacite obligata pro usuris restituendis: et glo. in. c. cum tu clarcsentit: quod sic et clarus in capitulo tua nos eiusdem. xi. et glo. in. c. quā: quam in vers. paupertas de usu. lib. vi. sed loa. an. in nouella dicit: q̄ hoc non reperitur iure cauū: sed circa hoc sunt varia opinione doctorū: et multi te- nent: q̄ sic, de quibus per Ananiam in d. c. cum tu. 4. col. & ibi etiam per do- rainum Abbatem in. 2. col. qui distin- guit ut ibi per eum.

q.4.2.p. **I**tem queritur an bona empta ex pecunia princi cunia usuraria efficiantur, illius cuius palis. erat pecunia: & in hac questione dicē dum est: q̄ licet glo. in. d. ca. cum tu te- neat: q̄ res empta ex pecunia fœnebri efficiatur, illius cuius erat pecunia; con- trarium tamen est dicendum: quia hoc nullo iure p̄hat, nec p̄cauetur: & q̄a speciale est in casibus expressis in. glo. l. si ut proponis. C. de rei. v̄edi. de qui- bus etiam per glo. & Bal. in. c. i. §. i. de his qui feu. dare possunt.

q.5.2.par **I**ltē supposito, q̄ res empta ex pecu- nia princi fœnebrinon efficiatur, illius cuius erat pecunia: an saltem queratur, sibi aliquod ius in illa re empta: ad quam dicendum est: q̄ si res empta ex pecu- nia fœnebri reperitur penes usurariū, vel eius heredem: tunc omnes docto- tenent: q̄ potest cogiad vendendum eam: & restituendum usuras: si vero re peritur penes illum: qui soluit usuras: tunc secundum Gofredum quē refert Florianus in. c. cum tu. si peruererit ad ipsum ex causa lucrativa, usurarius li- beratur per id quod habetur in. l. om- nes debitores. st. de actio. & abliga. Hostiēs vero in summa de viu. §. i. di-

cit: q̄ si usurarius vel eius heres est, sol uēdo non liberatur: etiam si res perue- niat ex causa lucrativa ad eum: cuitene- batur restituere usuras, per id quod ha- betur in. l. stipulantē. §. si rē. ff. de ver- bo. obliga. & in. l. quotiens. ff. de solu. ideo dicit calderinus in. c. cum tu. q̄ in casu debet tantū pauperibus erogare. Florian⁹ vero dicit q̄ bebet restituere illi: q̄ soluit usuras vel eius heredi, neq; sibi pdest: q̄ res empta de pecunia fœ- nebri peruenit ad debitorem: ex quo nō puenit ex facto ipsius usurarij nolentis se a restitutione usurarum exonerare, si vero reperiur penes tertium: si qui- dē titulo oneroso non potest vēdicari p̄ debētes accipere usuras: sed si ex titu- lo lucrativo: tunc per officium iudicis poterit talis compelli ad restitutionem rei empta ex pecunia fœnebri: nō tamē eo respectu, q̄ possessio sit obligata: sed ex quadam equitate, quia ex quo est res mea, vel mihi debita. & perue- nit ad te, tu teneris ex quadā aequitate legis, si me, & titiū ff. si. cer. peta. & sic potest saluari. glo. in. d. c. cūtu. in qua- tū distinguit inter causam onerosam & lucrativam: & hoc sequitur domi- nus abb. qui ad predicta allegat glo. in ca. si quis usuram, xiiij. q: iiij. quā dicit: q̄ dominium pecuniae usurariae trāsit in usurariū: ergo fortius res empta ex illa pecunia. Gofredus reprobat illam distinctionē. glo. inter causam lucrativam, vel onerosam: neq; credit contra tertium possessorem aliquo modo agi: ne usurarius maneat in peccato: q̄a tex. in capitulo cum tu: propriæ lo- quitur: quando usurarius possidet non quandotertius. **S**ed dominus Anto. ibi dicit: quod ille textus in fin. necessario loquitur: quād usurarius:

vel eius hæres non est soluēdo: alias cōpellere fā ad restitutioñē: vt in precedēti
rēpōsso: vnde dicit ipse se consuluisse
de facto: q̄ er: q̄ soluit usuras debet da-
ri officiū iudicis contra tertū possesso
rē: ne usurarius maneat in peccato: di-
cit tamē q̄ non potuit obtinere: credit
tamē illud verū: quia ex quo illa decre-
tal is cū tu: loquitur cum iudice: & non
prouidet de forma agendi: & vt a pec-
cato liberetur: dāt officiū iudicis arg.
l.i. ff. de cōdi. ex lege: & quia in talibus
officiū iudicis solet cōpetere, s. ratione
peccati vt in. c. nouit de iudi. cū simili-
bus: de quo pūcto traditur late p Ana-
niā post Abb. in. c. cū tu: de vsu. 4. & s.
col. & per Philippū Fran. in. c. quāq;
de vsu. li. vi. & col. vi. & resoluēdo hāc
materiā: & articulū secundū magis cō-
muniter docto. dico: q̄ bona usurario-
rum propria non sunt tacite abligata
pro restitutioñe usurarū: sed competit
i.conclu, cōditio. s. si me & titiū. ff. si cer. peta. ex
sio. quadā equitate: & hāc sit prima cōclu-
sio. Secunda conclusio: q̄ res emptæ
ex pecunia fœnebri nō efficitur illius:
cuius erat pecunia: sicut dicit de re em-
pt. cūclu, pta ex pecūnia dotali: vel militis: de quo
in. d. l. si vt proponis. Tertia con-
clusio: q̄ licet illa res emptæ ex pecu-
nia fœnebri nō possint vēdicari per eū
cōclu, cuius: erat pecunia: quia non efficiuntur
suæ: potest tamē illas res agi ex quadā
equitate: remedio. l. si me & titium. ff. si
cer. peta. ex quibus cōcluditur: q̄ illi q̄
exoluerunt usuras: ante omnia debent
illas repetrere ab his: qui illas extorser-
unt, vel heredibus eorū: & si facta ex-
cussione eorum: non reperiuntur bo-
na ex quibus possit satis fieri: tunc pos-
sunt habere recursum: & regressū ad
eos: qui tenent bona usuriorum: sal-

tem quando res sunt emptæ: ex pecu-
nia fœnebri & peruerunt ad tertū
ex causa lucrativa: secus si ex causa one-
rosa, & quod diētū est de re empta de
pecunia fœnebri: idem etiam dicendū:
si illæ res emptæ ex pecūnia fœnebri vē-
dātur: et aliæ emātur: quia succedunt
loco illarum: vt in capitulo ecclesia san-
cta Mariæ cum similibus vt lite. pen.
Sed quia supra dictum est: q̄ restitu q. 6. 2. p.
tio usurarum est facienda: et primum tis princi-
pis a quibus fuerunt exactæ: vel extor- palis.
ta: et eis non stantibus hæredibus co-
rum et demum pauperibus. queritur
an hoc sit intelligendum in quibusuni
q̄ hæredibus siue filijs siue extraneis
et dicendum est: q̄ cum illa decretalis
cū tu. loquatur indistincte et genera-
liter de hæredibus: debet intelligi de
omnibus siue suis: siue extraneis: arg. l.
de precio. s. de publi. et l. Non distin-
gemus. ff. de arbi. cū hæredes siue sui:
siue extranei succedant in vniuersum
ius: quod defunctus habuit: vt in. l. hæ-
reditas de verbo. signi. ff. et idem est
econtra: q̄ hæredes usuriarum siue
filij siue extranei tenētur ad restitutio-
nem usurarum a suis predecessoribus
exactarum. vt. c. tua nos de vsu. et pos-
sunt cōpelli ad eas restituēdas per pec-
nas lateranēs cōcilij: et per alias sicut
ipsemet usurarius principalis poterat
compelli.
Quæstio septima sed queritur qua q. 7. 2. p.
liter hæredes usuriarū teneātur ad tis princi-
restitucionem usurarum: an in solidū: palis.
an proportionibus hæreditariis: et di-
cendum est: quod proportionibus he-
ritariis: vt si unus hæres habuit duas
partes hereditatis, teneāt ad alias duas
partes usurarum: et qui non habuit ni-
si unam partem hereditatis: non te-

neatur nisi ad vnam partē usurarum: quia hoc est regulare in omnibus hæreditibus ut in l. 2. C. de here. actio. & l. pacto successorum. C. de pactis. & uno eorum effecto, non soluendo, alius potest conueniri in solidum fauorem animæ: vt sic faciliter liberetur anima defuncti ex integra satisfactione: licet de iuris rigore secus esset dicendum: de quo per abb. in capitulo tua nos dev. su. secunda col. & idem tenet Petrus de palude in 4. sentenciarū distin. xv. argumen. v. q. 2.

q. 8. 2. p. **S**ed iuxta hoc queritur quid si bo-
tis princi- na defuncti non sufficiunt ad restitu-
palis. das usurpas, nunquid heredes tenetur
desuo restituere ultra vires heredita-
riias: hostiensis dicit in. d. c. tua nos q.
sic, si nō fecerint inuentarium, vt in. l.
scimus. C. de iure. deli. sed ipse hostie.
in summa huius tituli hanc suam opinio-
nē multis modis modificat, & restrin-
git quod ad forum contentiosum: sed
in foro animæ concludit: quod heres
non tenetur ultra vires hereditarias:
licet non confecerit inuentariū: & hoc
tenet in summa de testa. 4. penul. versi.
quid si non sufficit & sequitur Ioa. an.
in. capitulo 2. eo. ti. li. 6. in nouella &
idem tenet. pe. de palude in eodem lo-
co dicto. s. in 4. dist. xv. q. 2. sed Frede-
ricus de seni tenet quod etiam in foro
iudiciali heres usurparij non tenetur ul-
tra vires hereditarias: etiam si non con-
fecerit inuentarium: quia tenetur ex de-
licto defuncti. quo casu ius canonicū
non obligat ultra vires hereditarias:
vt notat abb. in capitulo in literis de ra-
pto. sed idem abb. in capitulo tua nos
concordat has duas opiniones distin-
guendo: quod aut dicimus heredem
conueniri precise ex delicto defuncti;

& tunc procedat opinio Frederici. sed
si dicieremus heredem conueniri con-
dictione indebiti: & sic potius ex quasi
contractu: vt notat glosa in capitulo
Michael de usu, non procederet opi-
nio Frederici: sed opinio hostiensis cō-
traria, vnum tamen est: quod in fo-
ro animæ & conscientiae in nullo casu
tenetur heres ultra vires hereditarias:
vt dicit abb. in. d. capitulo tua nos. ra-
tio est secundū eos, quia lex. in ducens
oppositum est: fundata super præsum-
ptionem: quia presumpit plus fuisse in
hereditate, sed in foro animæ creditur
in omnibus consentitam pro se, quā
contra se; prō hoc quod notat Inno-
cen. in. capitulo quia pleriq; de immu-
nitate ecclesiarum.

Sed quia supra dictū est: quod non
stantibus heredibus eorum aquibus
usuræ extortæ sunt: restitutio est faciē
da pauperibus, vt in. d. capitulo cum
tu, queritur quibus pauperibus sit faci-
enda ista restitutio. hostien. quern ref-
fert abb. in. d. capitulo cum tu dicit re-
stitutionem faciēdam pauperibus illius
loci vbi pecunia fuit extorta p. usurā:
ratio, quia inter illos faciliter poterunt
reperiri heredes illorum, quibus dam-
num datū est: vel a quibus usuræ fue-
runt exactæ, sed Fredericus desenit ut
refert idem abb. consilio. xxxij. tenet
quod lecet hoc sit de consilio, non ta-
men ex necessitate: quia satis est: quod
restituantur pauperibus: ex quo ille
tex. non declarat quibus pauperibus:
& satis videtur eius opinio consona-
iuri: & ista restitutio est facienda p. epi-
scopum secundum Hostien. sed Abb.
aliter dicit in. c. cū sit de iudeis. de quola-
tius p. Ananiā in. d. c. cū tu. 7. &. g. col.
quilate prosequit quibus pauperibus

sit facienda ista restitutio & per episcopum cuius loci.

q. 2. 2. p. **Sed** quia supra vidimus qualiter usus principi surarii & eorum hæredes, vel successores, vniuersales sive sunt sui, sive extranei teneatur ad restitutioem eorum: quæ per usurpas extorserunt, a quibus exegerunt vel hæredibus eorum. Sed nunquid hoc habeat locum in usurario mentali: qui prava intentione mutauit alicui; non tamen hoc expressit: ut aliqui id daret ultra sortem an teneatur ad restitutioem? & dominus Abbas in capitulo consuluit dicit ibi esse tex. pro opinione Innocen. & hostien. quos sequuntur communiter docto. quod adeptus lucrum ex mutuo ex deprauata intentione: tenetur restituere in foro Anini & neque sufficit de hoc agere penitentiam: licet aliud sit in simonia mentali: ut in capitulo fina, de Simonia. & ibi ponitur ratio differentiae: per docto. & eandem opinionem sequitur ibi Anania in tertia col. Sed an in foro contentioso talis usurarius mentalis teneatur & possit compelli ad restitutioem tex. in di. capitulo consuluit videtur innuere quod non & glo. fina. ibi dicit quod non sunt compellendi: quia ex forma non appareat contractus usurarius in foro contentioso. ideo non potest cogi ad restitutioem: quia in foro contentioso non iudicatur secundum intentionem interiorem vel occultam: sed secundum assertus exteriores: ut in capitulo unico ut ecclesiastica. bene. & capitulo tua despon. & predicta sunt vera: quando usurarius habuit principalem intentionem mutuandi speluncrum: alias non mutaturus: nisi lucrum speraret: alias vero si non principaliter: sed secundario

propter spem lucri mutauit. ut quia etiam si lucrum non daretur ex mutuo nihilominus mutuaret: licet haberet aliquam spem lucri non teneretur ad restitutioem: si autem esset dubium si mutauit principaliter speluncrum vel secundario: statur conscientia suæ: de quo latius per Ioan. Andr. in di. capitulo consuluit. & quod attendendum sit an intentio sit principalis vel secundaria benefacit. 1. si quis neque causam si cer. peta. vbi inspicitur principale propositum contrahentis non secundarium: quia multum interest inter principalem intentionem: & secundariam: poterit tamē iste mutuans licite & absque peccato recipere illud: quod si liberaliter offertur: ab eo cui mutauit. & facit suum iure donationis: ut tenet Abb. in di. capitulo consuluit sanctus Thomas secunda secundæ. q. lxxvij. argumen. secundo & Ricardus distin. xv. argumen. v. q. v. poterit etiam similiter iste mutuans licite sperare amicitiam ab eo cui mutauit: ut iterum sibi mutuet: dum tamen non deducat in pactum ita tenet sanctus Thomas in loco preallegato in responsione ad tertium & ad quartum. vnum tamē non omitto in isto puncto: quod licet usurarius mentalis teneatur ad restitutio nem: quādo principaliter mutuat speluncrum: non tamen isto casu obligantur eius hæredes: cum ista restitutio obliget in foro conscientiae: & non in foro contentioso & hæredes habent justam causam ignorantiæ: ut in regula qui in ius alterius de regu. iu. libro sexto neque intentio deprauata predecessoris debet nocere successoribus: qui hoc ignorant.

Luxta predicta etiam queritur: an q. xi. 2. p.

zis princi ad hoc ut excusatetur usurarius a restitu-
palis. tutione sufficiat; quod ille; qui exigit;
vel extorsit usuras: sibi eas remittat
gratis & liberaliter; glo. in regula pec-
catū videt tenere q̄ sic: sed Dīn dicit
ibihoc esse verum; quando usurarius
erat paratus restituere usuras; alias se-
cūs. Federic⁹. de senis in cōsilij suis vt
refert Abb. in. d. capitulo cum tu post
multa concludit: quod cum illi; qui ex-
ercent usuras; leserint deum: & proxi-
mū; tenentur utriusque satis facere; sed
satis videt satisfecisse proximo: si pro-
ximus a quo extorsit puræ & simpli-
citer & sine aliquo dolo remisit usus-
ras; nam satis factum intelligitur qualis
tercūque voluntati creditoris sufficiat
1. si rem. §. omnis. ff. de pig. actio. idem
tenet archidi. in. c. secundo codēti. li.
vi. sed deo tenet satisfacere per pecuni-
tentiam. & intelligo supra dicta; q̄ libe-
ralis; & gratuita remissio sufficit usura-
rio: ut satis faciat de usuris; quando pe-
cunia erat parata & oblata eis: quibus
erat restituēda; alias nō sufficeret sola
verbalis oblatio. nisi realiter offeretur
pecunia in conspectu creditoris; & tūc
per eum remitteretur ut notatur in. d.
reg. peccatum per Diuum & Philip-
pum Fran.

q. i. s. 2. p.
us princi
palis.

Sed quia supra tractauimus de he
reditibus: & successoribus vniuersali
bus usurariorum: qualiter teneantur
ad restitutionem usurarum per suos
predecessores extortarum: videndum
est nunc: & de successoribus particu
laribus & succendentibus titulo parti
culari: licet aliquid supra tractauum est.
sed nunc latius est discutiendum.

CEt primo queritur de genero usura
ri: cui sacer soluit totam dolorem ex pe-
cunia scœnabri restituendā in casu solu-

ti matrimonij; an filia soluto matrimonio & dote sibi restituta teneat satissa, cere creditoribus; si non sunt aliae facultates: & Foedericus desenit consil. lx. consumuluit, quod si non in fraudem constituta sit, dos non tenetur filia restituere: licet habeat ex causa lucrativa: quia illa non est pecunia usuraria; ex quo transiuit in dominium mariti: & ista quae restituitur est alia pecunia quae restituitur ex bonis mariti: & sic non obstat. c. cum tu, quod loquitur ex recepta ex pecunia usuraria. & aduertendum quod dominus Foedericus loquitur, quando filia non est heres: sed est sua dote contenta; sed posset dici secundum Abb. ibi: quod licet non sit heres non debet habere quartam suam iure naturae debitam: nisi deductis prius oneribus: & debitibus: & dicit ipse: quod derigore iuris procederet opinio foederici: sed de equitate procederet alia opinio: quod prius deducantur onera & debita: sed potius posset dici econtra. s. quod de rigore teneat restituere: sed de equitate non: ne filia famae pereat. Sed Bal. in l. rcm in fine. C. de iure domini. aliter videtur tenere dicens: quod quando filia habuit rem usurariam: vel emptam ex pecunia usuraria: tunc tenetur restituere: quia dos est apud eam ex causa lucrativa: merito poterit conuiciri facta excusione: ut supra dictum est: sed si non habuit rem usurariam vel emptam ex pecunia usuraria: sed aliam rem vel pecuniā: tunc si non est heres pairis non teneatur: secus si est heres: licet dominus Anto. teneat contrarium: quia res succedit loco pecuniae usurariae: quae fuit sibi data in dote.

Sed quid de marito: an teneatur restituere viuras: & dicendum quod si ha-

buit: in dotem ipsam rem usurariam: puta fundum: tunc maritus tenetur: tanquam quilibet possessor: sed si manus habuit in dotem pecuniam usurariam: & de hoc constat: videtur idem quod in revsuraria, ut supra. si vero de hoc non constat, vel habuit in dotem rem emptam ex pecunia usuraria, vel aliam rem: tunc maritus non poterit conueniri, neque inquietari, a creditoribus: ex quo habet dotem titu. oneroso ut. l. f. s. si a socro. f. f. q. r. a. in frau. cre- di. per quem tex. Bal. & maior pars do- citorum perusinorum consuluit: q. m. a. ri- tius habens dotem ab usurario etiam facta excussione: non poterit conueniri a creditoribus usurarij, pro quo etiam facit: quod tenet hostie, & Abb. & An- to. in. d. c. tua & de hoc evidens Phili- lippus Fran. in. c. 2. de vsu. li. vi. x. col. & Anania in. d. c. cū tu. in ante penul. col. Sed dominus Petrus de palude in quarto sententiarum dis. xv. ar. 3. q. 2. versi. gener vero, aliter loquitur dicēs: quod gener qui ab usurario dotem accepit: qui nihil habebat: nisi de usuris tenetur reddere, si scienter contraxit: si autem ignoranter non: quia pro oneri bus matrimonij habet: sed filia sic, ga neque quartam natura retinere potest. Sed melior & equior & latior videtur distinctio, quam facit Francus in. c. 2. tam ex parte Mariti, quam vxoris filiae usurarij.

Quid autem sit dicendum de eo: qui q. 3. 2. p. locat domum suam usurario, ad exer- tis principiendum usuras, vel fecundandum, vel palis. de domino temporali: qui substinet in terris suis usurarios manifestos, vel col lectat, vel taliat eos, vel ludos: quos scit nihil habere: nisi de usuris dicit do. Pe- trus de palude illos teneri illis, a qui-

usuræ sunt extortæ, sicut alij priuati: quod dicit in loco prealleg.

Quid antem de ministris, & seru- toribus, & famulis usuraria: qui rece- perunt stipendia, & salario sua: ab v. palis. usurariis: de pecunia foenabri: vel us- suraria: dicit do. Petrus de palude vbi supra: quod si seruierunt in licitis: & honestis: & necessariis: potest licite re- cipere mercedem sui laboris: etiam ab eo qui nihil habet nisi de usuris: si au- tem seruierunt in usuris recipiendis: di- cit: quod mercedem perdididerunt: sed non obligantur ad restitutionem: si sile- levus usurarius per se: vel per aliū erat co- putaturus pecuniā: neque obstat: q. per manus eius transiit: quia non ad eum peruenit: neque in utilitatem eius cessit: neque effectu: qui non requiritur: quia qui non est principalis: neque causa sine qua nō: nō tenetur ad restitutionē: ni- si quatenus ad eum peruenit. creditor autem qui bona fide mutuavit usura- rio: potest repetrere & retinere: quod ei mutuauit, secus si in ludo perditionis & scienter scdm eundē ille autē qui ha- bet causā lucrativā: nisi in casu in quo clemosina fieri potest: dicit: q. tenetur in subsidium: si usurarius non sit soluē- do: quia pretium succedit loco rei: vt supra latius dixi: de quo vide in. c. Mi- chael de vsu. per doctores.

Nūcvidendū est: quibus poenis pu- q. 17. de- niantur: vel afficiantur a iure manifesti poenis u- usurarij: & dicendū est: q. multis: preci surario- pue tribus per concilium lateranense: rum.

Prima poena est: q. non admittun- 1. poena. tur. s. ad suscipiendum corpus Christi secundum Innocen. ibi vel secundum Abb. antiquū aliter exponitur: q. scili- cet: quod non admittuntur in ecclesia:

quando diuina officia celebrantur: & hæc expositio potest substiner ut vslurarij rubore cōfusii facilius resipiscāt: sicut dicitur de excommunicato. vt in capitulo pia de excep. li. vi. & hæc expositio esset seruanda. Sed neq; ad confessiōnē debent admitti, necq; absolui: nisi plenarie prius satis faciant. vt in capitulo quāq; de vslu. li. vi. ¶ Scđa poena est, vt manifestus vslurarius in hoc peccato decedē careat ecclesiastica sepulchra: & sic non sunt sepeliendi in cimiterio ecclesiastico: neque clerici, necq; religiosi debēt interessere ei⁹ sepulturæ: quinimodo hodie sepeliētes manifestum vslurarium sunt ex communicati ipsofa. Eto: vt i cle. eos de sepul. & ibi glo. quæ declarat: qui dicuntur sepelire an clericitatem: an laici associantes, an fossā faciētes an p̄prijs manib⁹ an in fossam mittentes. & claudentes: ex predictis infert dominus abb. q̄ licet heres vel let satis facere: non tamen debet vslurarius sepeliri: quia ex quo decessit in peccato mortali: restitutio heredis nihil prodest: oportet ergo: q̄ ipse restituat, vel caueat idonee, de restituēdo: ita q̄ appareat: nō decessisse in illo peccato: de quo in d. capitulo quāq; & tertia poena in d. cle. eos.

¶ Tercia pena est: q̄ eius oblatio ad altare nō est recipiēda: imo repellēda qd autē de alijs peccatoribus publicis & manifestis: an oblationes eorum admittātur: de hoc videatur tex. &. glo. in. capitulo oblationes xc. distin. que videtur concludere: q̄ non: nī in casibus ex pressis. a iure: licet Hugo contra. sed nunquid elemosinā facere possunt vslurarij: lo. an. in capitulo cum voluntate defen. exco. generaliter cōcludit: quod prohibitus facere oblati-

onē: non prouhetur facere elemosinā de illicite adquisitis quæ subiacent restitutioni: pro quo videtur. glo. in. c. ex transmissa de deci. &. 14. q. 1. in summa & ratio diuersitatis est: quia oblatio fit in publico: elemosina autē in occulto: et licet elemosina possit etiam fieri in publico: tamē de sui natura non requirit publicitatem: sicut oblatio.

¶ Quarta poena est: q̄ nemo pōt̄ eis domos locare: ad exercendas vsluras. 4. poena.

¶ Item domini temporales in quorum terris habitant manifestivslurarij: infra tres menses tenētur ipsos expellere de terris suis vt in. c. 1. de vslu. li. vi. 5. poena.

¶ Itē neq; testamenta cōdere possunt: nisi prius integraliter satisfaciāt de vsluris: vel idonee caueant secundū formā: tex. in. c. quāq; alias testamentum est nullū. Sed aduerte: q̄ omnes penitentiæ superdictæ habent locū in manifestivslurarij: de quibus in primo huius secundæ partis dictū est: nō de occultis qui sunt ab ecclesia tolerati: ita q̄ non sufficit sola fama: quē esse vslurarium: quo ad predictas poenas: sed ultra famam requiruntur alia argu. ita dicit Abb. et ibi etiam Anania in. c. cum in Diocesi de vslu. idem videtur tenere. Petrus de palude in. 4. sentēiarum dis. xv. ad finem: qua etiam poena puniantur notarij confidentes instrumentum: vel contractum vslurarium: vide per Ananiā c. Michael pe. col. de vsluris. ¶ Ultimo pro complemento mater & isti us dicendum est: q̄ afferentes pertinaciter: vel affirmantes exercere vsluras: nō esse peccatum: suntharetici: & tanq; heretici sunt puniendi: nedū si ipsi vslurarij hoc afferat: sed etiam quilibet alius etiā nō vslurarius: vt in cle. vna. &. sane de vslu. & per. glo. & Imol. ibi & docto. ¶ Ad de etiam

de etiam q̄ reges vel domini tempora
les permittētes iudeos vel sarracenos:
qui usuras exercēt; & recipiunt ab eis
tributa vel collectas de usuris peccant;
& tenētur ad restitutionem: & sunt ex
communicati, tamē cardi, in, ca, quia in
omnibus de usu. lasso. in. l. 1. 7. col. C.
de summa tri. &. fi. catho. verso. p illū.
tex. alias etiā multas questiones in hac
materia omitto causa breuitatis; quia
esset multū laboriosum cas referre sed
d eis videātur docto. in. cle. viij. de usu.
& in. d. l. 1. C. de su. trini. & fi. catho. &c
sic sunt expeditæ duæ p̄tes p̄cipales.

3. pars prīna ¶ Restat ergo expediēda. 3. pars prīna
cipalis de cipalis huius operis: in qua aliquid tra
cābijs lici ētabimus de cābijs licitis vel illicitis:
ut illi & primo de cābijs licitis: postea vero
causis.

de illicitis: quia cognito uno cōtrario
rū cognoscitur & reliquū: ut sūt iura
vulgaria, ad materiam igitur deueniēs
dico: q̄ cambia quæ regularit vel vulg
ariter appellantur realia: sunt licita: &
permissa a iure: dū modo fiant secūdū
consuetudinē mercatorū: vñq; ad con
gruū modū secūdum Bal. in ru. C. de
consti. p̄ ecu. & in. l. 3. post. glo. C. de
exer. actio. & in. l. 2. C. de usu. rei. iudi.
& secūdum lasso. in. d. l. 1. C. d summa
tri. & fide catho. viij. col. & hec cābia
realia solē fieri: hoc modo, aliquis mer
cator Hispanus indiget mille ducatis:
vel amplius in partibus germaniæ vel
Alemaniæ vel in comittatu Flandriæ:
& quia sibi esset nimis periculosem:
& laboriosum: & damnosum mittere
illos ducatos ad partes illas propter
multa discrimina & pericula: quæ so
lent e venire in via: & propter sum
pus & expensas: quas facerent in itine
re: cōuenit cū alio mercatore vel camp
sore: qui habet suos factores & gesto
res in partibus illis & dat sibi mille &

81
viginti ducatos hic i Hispania: vt ipse
mercator faciat sibi respondere vel da
re mille ducatos in illis partibus ubi
illis in diget: & ipse campsor vel mer
cator dat illi literas cambijs vel cedu
lam ad suos factores & gestores: quos
habet in illis partibus: vt soluant pre
dicto mercatori illos mille ducatos vel
factori suo, vel etiam econuerso mer
cator Germanicus vel Alemanus vel
Gallus vel alius extraneus indiget hic
in castella similit mille ducatis: facit si
milem conuentione cum mercatore
vel capsore vel banco Hispano: vt det
sibi hic illos mille ducatos vel suo facto
ri: & ipse dabit sibi vel suo factori i ger
mania vel Alemania vel Gallia mille
& viginti ducatos vel plus vel minus:
secūdum q̄ inter se cōueniunt: & facit
similes literas cābijs, vt supra: ista vulga
riter dicūtur cambia realia: & sunt lici
ta & permissa: quia illud plus ultra for
tem recipiūt propter suū labore & in
dustriā, & propter expēsas ministro
rū ad istud officium necessariorum: &
ppter pericula & discrimina itineris:
et sunt vtilia et necessaria ad augmētū
re publicæ: dū modo cōgruū modū
non excedāt: et interesse non sit nimis
excessuum: quia sic comunicātur mer
ces: et alia necessaria ad vitam humanā
de vno regno in aliud et de vna regio
ne in aliam, et de istis cābijs loquuntur
ppriæ iura et docto. iuristæ et docto
theologi: et istud cambium potest fies
tribus modis. duobus modis vt sus
pra deelaraui in duobus exemplis sus
pra positis: fit etiam. 3. nō odo quando
campsor cambit vel permutat pecuni
am: et dat grossam prominuita: vel ecō
tra, vel aurcam pro argentea vel ærea

vel ecōtra: & similiter hoc est licitum & permisum, si aliquid campor recipi vltra verum valore pecuniae ratione laboris in numerando, & expensarum et dustriam personarū; et isti propriē dicuntur campores: nam cambiare idem est q̄ permutare: vnum pro alio et campores dicuntur permutores: quia cambiunt, et permutant vnam pecuniā pro alia, intelligo tamen q̄ in istis cambijs realibus de quibus supra: est licitū recipere aliquid vltra verum valorem: dum tamen illud sit iustum, et moderatum secundum consuetudinem generalem mercatorum & regionis vel regini illius; ut dicunt docto, in locis p̄ allegatis, predicta cambia his seruatis sunt licita & iusta in necessaria et utilia vitæ humanæ. ¶ Sunt alia cambia illicita & reprobatā quæ vere non sunt cambia; sed contractiōes vsurariæ; licet cāpsores imponat eis nomē cambijs; sed quod cunq̄ nomē imponat: vsura est: & est vnu quod appellatur cambium siccum de protesto: quod si hoc modo mercator diues & valde pecuniosus dat alteri mercatori egenti: quem scit propter necessitatē quam habet daturum se ei quantum interessē & lucrum voluerit: & mutuat ei mille vel duo mille du catos, receptis ab eo fide iubitoribus, vel pignoribus, & dat sibi ad valentiā vel hispalim vel ad alium locū pro tribus vel quatuor mensibus & si alteri mercatori diuiti daret totidem duatos daret pro sex mensibus & duobus pro centenario: sed quia hic est pauper & non habet creditum: dat pro breviori tempore et maiori precio et interessē et cum bona cautione fide iusforū vel pignorum: et quia iste non

potest solueret tempore assignato: cāpsor vel mercator ille: eo non soluēte: facit in formationem quantum plus vlet pecunia illo tēpore: quo tenebantur soluere ad cambium; et facit quo dam protestum coram iudice et notario: et quandoq̄ faciunt fraudolenter: et sic ille pauper mercator soluit duplex interesse pro illa pecunia: primū interest conuentum nimis excessiuū: quod soluit in principio: quādo recipit principale: et postea soluit aliud in teresse propter moram: et similiter nimis excessiuū, et sic grauatur duplii vsura: et quandoq̄ excedit principale, istud genus cambijs est illicitissimum et reprobatissimum. ¶ Exercetur in super et aliud genus cambijs: quod exercetur atra pezetiis vel banchis vel camporibus in Romana curia: fit autē sic clericus consequutus de nouo beneficiū: pro expediendis bullis indiget pecunijs: petit a campore certam quantitatē pecuniae mutuā: puta mille Florenos restituendos in p̄fia sua: puta in Hispania inde ad sex menses in moneta hic curreti factori vel gestori eiusdem banchi: sed vltra valorē cambijs vel lucrum insurgē sex varietate valoris monetarum in diversis locis exigit campor: vel bancus ille quinq̄ vel octo pro cē tenario: sic q̄ ei respondetur, an istud cambium sit licitum vel illicitum queritur: aliqui dicunt hoc cambium esse licitū triplici ratione. ¶ Prima, ratione morae quia ratione morae veniūt vsuræ soluēdæ non vt vsuræ: sed vt interesse: sed hæc ratio est falsa: q̄a hic nulla est mora: cum non dum venerit terminus solutionis faciendæ: tunc enim interesse soluenelum: quando: debitor fuerit in mora soluendi: et non soluit

in termino, ut notatur in capitulo con-
questus de vsu. & supra latius dictum
est. secunda ratio est nomine interesse
lucrī cessantis: nam si campōre habe-
ret illam pecuniam: lucratus esset cum
ea: & quia non habuit non potuit illā
exrere: argumento capituli peruenit
de fide iuslo. & capitulo si quis de cle-
ricis xii. q. 2. sed ad istam rationem po-
terit responderi: quod hoc procede-
ret: quando cāpsor in tenderet expen-
dere illam pecuniam in alia negotiati-
ne licita: & honesta: emendo predia
vel alias merces: in quibus lucrū esset
licitum & certū vel verissimile vel ap-
parens: vt supra dictū est: sed hic cāpsor
intendebat expendere illam pecu-
niam in huius modi mutuis illicitis.

Tertia ratio est ratioē periculi: quia
potest beneficiatus mori in via: & sic
posset campōra mittere totum vel cū
magnis laboribus & expensis recupe-
rare: sed ad hoc responderi potest: q;
isti campōres vel banchi ita se cautos
et securos faciunt perdiuersos modos
quod pro vt in plurimum et frequen-
ter sunt securi de capitali. Sed nec rati-
one periculi possent se excusare, cum
hic intercedat mutuum, vt in capitulo
fi. de vsu. est ergo lucrum fenebre et re-
stitutiōi subiectum. ita dicit archi. Flo-
ren. in secunda perte summæ capitulo
vij. in fine & simile faciunt etiam cam-
pōres & banchi huius regni: cōtingit
enim multoties: quod Imperator pro-
uidet alicui nobili, vel eius consiliario
vel religioso: de aliquo episcopatu: qui
indiget duobus vel tribus millibus du-
catis, vel amplius pro expeditione bul-
larum: forte hinc ad vnum mensē
hic electus vel promotus in episcopū,
vadit ad bancū vel campōrem hu ius

regni: qui electus forte quesuit illam
pecuniam mutuam ex cambio cum in-
teresse: & conueniūt inter se iste noui-
ter electus & campōr: quod det sibi
illos ducatos quibus indiget romæ ea
conditione vel pacto adiecto, q; ille cā-
psor infra illum mēsem ponat illos du-
catos Romæ & soluat suo gestorivel
factori: & proter hoc ille electus pro-
mittit vel dat illi campōrivel banco
xxx. ducatos vltra illa tria millia duca-
torū: quæ ipse campōr daturus erat
electio, vel suo gestori Romæ: prop-
ter securitatem quam habet; quod sol-
uerētur suo gestorē Romæ pro bullis
expediendis: & campōr statim dat ip-
si electo literas cambiij ad aliquid ban-
cum Romæ, vt respōdeat gestorivel
factori illius electi pro illis ducatis in-
fra mensem, secundum quod comuni-
ter fieri solet: & predictus cāpsor que-
rit statim aliquem mercatorem genu-
ensem: vel Florentinum vel Italum
quem scit egere illis tribus millibus du-
catis cambiatis: ad Florentiam vel ge-
nuam: & quia ipse habet illos ducatos
quos dedit sibi: ille electus dat eos eidē
Mercatori Italico vel Florētino vel ge-
nuēsi: qui dat ipsi campōri alios trigin-
ta vel quadraginta ducatos pro cam-
bio & conuenit cum campōre: quod
soluet vel ponet infra mensē illos du-
catos romæ gestori illius electi: vel ei
quem campōr faciliter infraspatium
vnus mensis absque aliquo periculo
et labore & sine ullis expensis lucratur
sexaginta vel septuaginta ducatos: cū
illis tribus mille ducatis: quos dedit ei
electus. videlicet. xxx. quos dedit sibi
electus & alios. xxx. quos dedit sibi
mercator ille Florentinus vel genuen-
sis: & campōr implet suam fidē infra

Ille mensem ipsi electo absq; vlo dā, novel periculo suo, dubium est an hoc cambium sit licitum. Quidam dicūt: quod illos. xxx. ducatos quos dedit sibi electus: licite recipit pro suo labore & industria & pro expēlis ministrorum & factorū: quos habet & propter pericula & damna & expensas quae omnia equitat iste electus: si mitteret propriam personam vel nuntium vel cursorē cum illis ducatis: sed alios. xxx. vel. xl. quos recepit postea a mercatore italicō vel Florentino non licite recepit, quia lucratur cum aliena pecunia & absq; vlo damno vel periculo: ita quod primum cambium videtur licitum secundum vero non: sed securius esset ab huiusmodi cambijs abstinere: quia frequenter primum cambium fit sub spē secundi, & propter spē lucri: & propter cupiditatem & auaritiam..

Solet etiam fieri aliud cambium simile primo, puta aliquis beneficiatus habet lītē Romæ sup bñficio suo: habet ibi suū procuratōrē: & p expēlis litis indiget pecunījs: puta cētū ducatis: & non potest eos mittere Romā: nisi misserit nūcium vel cursorēm proprium: quod esset enim laboriosum: & dānosum: vadit iste beneficiatus ad quemdam camporem: & conuenit secum: ut det illos cētū ducatos Romæ suo procuratori: qui promittit: & obligat se daturum illos centum ducatos romæ infra certum terminū procuratori ipsius beneficiati: & propter hanc securitatem ille beneficiatus dat cāpsori pro quo libet ducato dimidium regali: vel vnum: secundum quod inter se conueniunt: istud cambium videtur licitum: quia videtur cambium reale: & propter labore: & expensas: & industriā:

camporis: & propter expensas cursorum: & ministrorum: & quia nō possunt extrahi pecuniae de hoc regno: dū modo istud interesse sit moderatum: & rationabile & non excessiuum: sunt multa alia genera cābiorum quae malitia humana quotiodi: adinuenit: cū natura humana semp nouas deproprietatē edere formas: q̄ nō curio his referre breuitatis causa: sufficiat ista recitasse gratia exempli: vt per hæc alia cognoscantur: & vt melius: & facilius ista materia comprehendatur: eam resoluo: et trado per quatuor regulas generales: ex quibus cognoscetur quae cābia sint licita: & quae illicita:

Et sit prima regula: vbi cuncti campori habet lucrum certum: absq; alii quo periculo: & damno: vel labore: & sine villis expensis: & fit propter lucrū & cupiditatem: cambium est illicitum et usurarium: & campor peccat: & tenetur ad restitutionem.

Secunda regula: vbi cuncti campori pro cābiorecipit interesse nimis excessiuū: & immoderatum: & ultra modū consuetum: siue pro suo labore: & industria: & expensis vel pro numeratione vel alia quacūq; ratione: Cambium est illicitum: & quando dicitur interesse moderatum vel excessiuū in radixā.

Tertia regula est: vbi cūq; campori aliquid recipit pro cambio: propter labore & industria personæ: & pro expensis ministrorum: & propter discriamina & pericula viarū: & illud est moderatum secundum modum communiter consuetum in illo regno: vel regione: tale cambium est illicitum: & permisum.

Quarta regula est: vbi cuncti campori aliquid percipit pro permutanda

da vna pecunia pro altera:puta grossā
pro minuta vel econtra: vel aureā pro
argentea propter laborem numeratio-
nis & industriam personæ cambium
est licitum & permisum: dum modo
illud: quod sibi datur pro permutatione
vel numeratione: similiter sit mode-
ratum: & quantum debet percipere
pro tali p̄mutatione vel numeratione
est taxatū p̄ pragmaticā factiōnē regū
catholicorū editā in ciuitate Hispa-
nī in antiquis. so. clix. ¶ Sed inter se
quod debet dari pro alijs cābījs non
minutis est hodie similiter moderatū
& taxatum: vt dentur decem pro cen-
tenario in cambijs & alijs cōtractatio-
nibus licitis: vt est dispositum in curijs
de Madrid. cx: vi. & sic cum istud inte-
resse sit taxatum & moderatum per
principem: non licet plus percipere:
neq̄ exigere: alias teneretur ad restitu-
tionem: & vt dixi hoc est verū in cam-
bīs licitis & honestis: nam pro cābījs
illicitis nihil potest percipi: neq̄ papa
neq̄ Imperator possunt per mittere
cambia illicita vel usuraria: iuxta nota-
ta p̄ lasso. in. l. i. C. de sum. trini. & fide.
catho. & per Imol. in cle. vna de usuris
& per cardi. & Ananiam in capitulo
fi. & capitulo super co de vsu.
de curso ¶ Circa mediatores: vel cursores isto
ribus & rum cambiorum illicitorum, quibus
mediatores in diantibus & intercedētibus, comit
ribus cātitur hoc crīmē & scelus usurā: dubi-
torum. iatur an ipsi mortaliter peccent, & te-
nētur ad restitutionem sicut ipsi usur-
arij principales. & dicendū est quod
si cambia sunt illicita & usuraria: non
est dubium: quim ipsi cursores etiam
peccēt mortaliter sicut ipsi principales
exercentes: quia secundum apostolum
digni sunt morte: non solum qui facio-

unt: sed qui facientibus contēptiūnē
& agentes & consentientes parī pena
scripturā testimonio puniuntur: vt in
capitulo primo dc offi. dele. facit etiam
extrauagans pauli veneti. 2. sub titulo
desimo, vbi eadē pena & censura pu-
niūntur mediatores sceleris simoni & si-
cut ipsi principales: sed an ipsi media-
tores vel cursores tenerintur ad resti-
tutionem sicut principales, est maius
dubium: & glo. notabilis in. l. si scien-
te. fi. ad. l. ponpe. de p̄. tenet: q̄ sic, &
idem tenet Bar. in. l. prima. §: in ciclo
ff. ad turpi. pro quo faciūt rationes ac
ducte per Innocen. & docto. in capitu-
lo super eo de usuris facit capitulū nō
liceat papae xij. q. 2. sed bal. in capitulo
primo. §. similiter de contro. investi-
in. vsi. seu: tenet contrariam opinionē:
quod iste p̄sonet & vel mediatores non
tenentur ad restitutionem: etiā si prin-
cipales non sint soluendo: pro qua o-
pinione potest adduci tex. in. l. quā. C.
de ope. liber. & in capitulo si quis epis-
copus per pecuniam. i. q. i. sed pro pri-
ma opinione facit tex. in capitulo sicut
dignum de homi. et in. c. sicut non suo
xlvij. dis. quia dans auxilium cōsilium
vel fauorem delicto tenetur: vt in fur-
to: sed qui usurā facit: rapinam facit. c.
si quis usuram. xij. q. iiiij. sed dicēdū
est pro cōcordia: quod mediatores &
cursores isti tenentur: in quantum ad
eos peruenit & non ultra: secundum.
glo. in. c. Michael de vsu. sed hostien. et
Gofredus ibi dicunt: quod si principa-
les sunt soluendo: non tenētur ad resti-
tutionem mediatores alias sic. eandem
opinionem tenet ibi abb. Sed Anania.
ibi dicit quod opinio illius. glo. l. si sci-
ente: est verior: q̄ isti mediatores dant
operā rei illicitæ & prohibitæ a iure:

& eandem videtur sequi Frācus in capitulo, i. de testi, libro. vi. & nō tenetur nisi in quantū ad eos peruenit; vnum tamē est: qd vno eorum soluente alter liberatur; sicut in furto: & sic sunt ex predicta omnes partes huius tractatus.

q. facti. **H**ic etiā potest cadere alia questio non impertinet huic materiae: de qua fui cōsultus: & contigit de facto. & est talis: mercator quidam conduxit quodā vestigal; ieu gabella ab administratōribus rei publicae pro certis annis, & pro certa pecuniae quantitate soluēda, in quolibet anno, in certis terminis designatis: celebrato & perfecto inter eos tali contractu, conductionis & locationis inter partes: quia res publica indigebat pecunias, vt subueniret suis necessitatibus: & solueret sua debita: conuenit cū illi mercatore & cōductōre vestigalis: vt soluat statim illā pecuniam pro qua vestigal fuit conductū: & quod remitteret sibi certā partem illius pecuniae: in qua erat obligatus, vt anticipet solutionem: talis cōuentio sortita sicut effectum: iste mercator propter istam prematuram & intempestivam solutionem sensit damnum emer gens: & etiam amisit lucrum: quia solitus erat mercari, & negotiari cū suis pecunias: & quia soluit ante tēpus: non potuit eas in vestire in mercantijs: sui interrogatus: an talis negociatio & cōtractatio, esset illicita, & usuraria, vel licita; & dubium faciebat: quia cum iste mercator sentiret lucrum ex huiusmodi contractu, s. remissionē partis debiti: videbatur mutuum palliatū: & ex eo aliquid reciperet ultrasortem: & sic videbatur illicitū & usurariū, nihilominus tamē contrariū: cōsului & obtinui & mulji alij literati, qā theologi & mas-

gistri in sacra theologia & canonistae fuerunt interrogati post me: & responderunt idem: & subscripterunt: et ad id tenendū fui motus aliquibus rationibus et fundamentis de quibus infra.

Et primo motus fui ad hoc tenēdū: quia usura vere et proprie et formaliter nunquā cōmittitur, nisi in contractu mutui veri vel palliatī: vt tenēt cōmuniter doct canonistæ in rubrica de usu: et in cap. in ciuitate eiusdem tī, maxime Innocen, ibi et dixi in tractatu supra proximo in principio, et tenēt etiā theologi in. iiiij. sententiarū, distin. xv. Et tenet etiam Ioan. an. in regula pccatum de reguli. iuris. lib. vij. et Bald. in lege cum allegas, et in aucten, ad hæc. C. de usu, et facit illud euangelij. Lucae abutuum dantes & nihil inde sperantes: hoc sic habito pro constanti & vetero, pro vt est iste contractus: de quo supra non appareat ex sui forma: qd sit mutuum verum, necqz palliatum: quia ista mercator nihil mutuavit rei publicae: sed soluit debitū: licet ratione anticipatiōis & præmatūrāe solutiōis uit sibi remissa pars debiti: sed istud nō videt quo ratiōe possit dici, vel appellari mutuum: necqz habere aliquam speciē vel similitudinem cum mutuo, cū necqz hoc fuerit actum inter partes tacite: necqz expresse, & actus agentium non debent operari ultra corū intentionē, l. non omnis ff. si cer. peta. Immopotius: videatur contractus innominatus. s. facio vt des. s. soluo ante tēpus, vt remittas partē dchiti, vt facio, vel facias: & contractus debent iudicari ex sua forma, vt in cap. in ciuitate de usu.

Item ad hoc tenendum mouit: quia secundū conductor vestigalis erat mercator & multis negotiari, & mercari, cū suis pe-

cunij: & certi iuris est tam canonici quam etiā ciuilis: quod mercator qui solitus est mercari: et negotiare: potest licite petere: et exigere interesse damni emergentis: & lucri cessantis: etiam in contractu mutui: neq; hoc est usura ita tenet Innocē. in. capitulo sacro desen. exco quē sequitur communiter docto. ibi & in. capitulo cōquestus de vsu. et in capitulo dillecti de foro. compe. & istud interesse lucri cessantis taxabi. tur secundum arbitrium boni viri: se. cūdum Innoc. ibi & Ananiam in. d. ca. pitulo cōquestus. 3. col. & abb. in. d. c. conquestus: vel probabitur ex conie. cture secundū bal. in. l. i. C. desen. quae pro. co. quod. intc. profe. hoc idem te. net Bart. paulus & iasso. in. l. 3. §. finali. si. de eo quod. cer. loco. idē paulus in. l. cunctos populos. C. desumma. tri. et fide. catho. et doctor de palacios ruui. os in sua repetitione. c. per vestras foli. o. cvin. §. sexto cum dicit tex. quod di. cunt esse verum: quando illud lucrum erat certum vel quasi certum: vel probabile: vt puta quia mercator habuit mercantias ad manus: quasi si emisset: esset lucratus in eis: & adco hoc est ve. rum: q̄ interesse lucri cessantis potest licite peti, nedum post moram debito. toris: verum etiam ante moram potest a principio deduci in pactum: si est ve. rissimile: vel probabile: vt puta, si vo. lēs necessitatū tuæ succurrere disposui de rebus meis cum meo incommodo, vel cum amissione lucri: possūt a te exi. gere illud & in pactum deducere: quā. do tibi subuenio: dummodo fiat bona fide, & cesset fraus: & vt consulam in. demnitati meæ ita tenet baptista d. san. ctio Seuerino in repeti. l. cunctos popu. los. C. desumma. trini. & fide. catho.

& doctor de palacios Ruuios in loco prealleg. & Bernardinus busti. in des. fensorio montis pietatis tractatus secun. do. fo. 33. col. 4. referens etiam Anto. curse. hoc tenetem: et dixilatius in tra. ctatu supra proximo. Sed hic in casu isto mercator istæ soluēs ante tempus vestigal sensit damnum emergēs: quia disposuit de suis mercibus, & vēdit vi. lius: vt so. ueret: et partem pecuniæ ha. buit ad cambium: et amisit lucrum ve. riſſimile vel probabi' e: qđ haberet ex illis mercibus. sequitur ergo ex premis. sis: q̄ licite potuit conuenire: et contra. here cum administratoribus reipubli. cæ: vt remitteret partem illius vectiga. lis: vel gabelle: et absq; vitio usuræ po. tut illud recipere: vt in demnitatisuæ consuleret.

Tertio ad hoc tenendum mouetur tertium: quia quando dubitatur de aliquo con. tractu: an sit usurarius: vel non in du. bio iudicatur potius cōtractus licitus: quām illicitus: saltcm quo ad forū con. tentiosum: ta expresset enet Bal. in ca. primo de feu. datis. mini. vel vaso. in v. si. feudorum et actus dubius nō debet iudicari usurarius secundum cundem Bal. in lege rogasti. §. sitibi. ff. sicer. fe. ta. facit quod dicit Bar. per. tex. ibi in l. quōd si noilit. §. quia assidua. ff. de edi. edicto. licet Secus esset in foro conscientiæ secundum Abb. in capitu. lo in ciuitate de vsu. & capitulo. fina. et maxime hoc procedit; vbi personæ cō. trahentes sunt bona famæ & timora. rari. Ita tenet. lo. de Anania in. di. capi. tulo in ciuitate Innocē. Abb. Anto. in capitulo suam de pecnis Bal. in. l. cum allegas. C. de vsu. Abb. in capitulo illo vos de pigno. quia exconsuetudine &

qualitate personarum presumitur a i-
quid licitum; vel illicitum. l. vel vniuer-
sorū. ff. de pigno. actio. d. l. quod si no-
lit. s. quia aliudua capitulo cū in iuuē-
tute de pīsum. & quia ille mercator &
conductor erat bonae famae: et concie-
tiae: & ita communiter reputabatur:
neqz cōsueverat soenus exercere: & sic
in dubio iste contractus non est cēsen-
dus usu: arius: vel illicitus: sed potius
licitus; & permīsus: quia in his contra
ēbus multum debet attendi qualitas
personarum: vt dicunt docto. in locis
preallegatis.

quartū.

Iltē facit quod notabilis dixit Abb.
in capitulo in ciuitate de usu. quasi ad
finem: vbi dixit: quod si ciues tempo-
re necessitatis reipu. compellūtur sub-
uenire reipu. et cōmunitas post rasta-
ruit eis aliquod lucrū: videlicet quinqz
pro cētu: vel plus vel minus pro eo qd
dant: neqz possunt illud capitale repe-
tere: licet bene possint vendere: dicit
quod cōmuniter moderni ibi & in ca-
fi. eiusdem. ti. dicunt, q non committi-
tur usura: & inter alias rationes huius
decisionis ponit duas. s. quia hoc nō est
mutuum: quia ciues compellūtur sub-
uenire necessitati reipublicæ: ltē quia
cōmunitas libere statuit eis hoc lucrū:
facit. c. & si quæstiones de simonia. vbi
ad iudicandum contractum simonia-
cum vel non cōsideratur qualitas per-
sonarum dantis & accipientis. quanti-
tas munieris: & hoc idem videtur senti-
re. Bal. d. l. cūctos populos. C. de sum-
ma. tri. 4. col. vbi ponit quasi similem
quæstionem: cum ergo in casu nostræ
quæstiōis isti cōductores subuenerūt
necessitatibus cōmunitatis: & cōe sta-
ruit eis hoc lucrū scilicet remissionem
partis debiti in recompensationē serui-

tij vel obsequij prestiti reipu. vel dam-
ni: quod sentiebat: nō est usura: sed po-
tius quædā remuneratio. vel solutio il-
lius seruitij: cū ratio naturalis dicitur be-
nefaciēti bñfacere: & est qdā obligatio
antidoralis: vt in. l. sed & si. l. s. cōsuluit
ff. de peti. hære. Necqz obstat. si dicatur,
q iste mercator non fuit cōpulsus, ne-
qz coactus precib⁹ hoc facere: sed Spō
taneus hoc fecit: immo potest dici con-
trarium: quia importunæ preces vim
coactionis habent: maxime in domino
ad subditum vel in republica ad ciues,
& in marito ad vxore: vt notat Innoc.
in. cap. petitio de iurciuran, neqz debet
esse melioris conditionis: qui coactus
seruit reipu. quam qui sponte seruit.
Iltē facit quod notabiliter dicit Bal.
in. l. cunctos populos. C. de summa
trini. & fide catho. vbi ponit vnam re-
gulam generalē in hac materia in quar-
ta col. vbi dicit, quod quando facta re-
latione alicuius prestationis: quæ dicit
usura ad aliud aīcedens resultat: qua-
si facio: vt des vt in matrimonio vel vē-
do: vel trado: vt des: vel patior: vt des:
aut alia conformitas vnius ad alterū:
ibi propriæ non est usura: quia non est
lucrum: sed recompensatio: hinc inde
argumento. l. socium, qui in eo. ff. pro
socio sic in proposito isto cum ex rela-
tione huius remissiōis debiti ad antece-
dens scilicet ad solutionem intempesti-
uam resultet quidam contractus inno-
minatus. g. do vt des: hoc est soluo an-
te tempus: vt remittas partem debitum:
& est conformitas vnius ad alterum:
non est usura: sed quædam recompen-
satio seruitij vel obsequij Reipublicæ
prestiti.

Item facit quod notat doctor de pa-
lacios Ruiios in repetitione cap. per

vestras. fo. cvij. versi. secundo. infertur
Item quia iste conductor, ut solueret
ante tempus illam pecuniam: quæ siuit
aliqua partem eius ad cambiū, & cer-
tas merces vendidit viliori præcio: &
totū hoc potuit exigere licite: & in pa-
ctum deducere: iuxta notata in cap. p.
uenit de fideiasso. & cap. constitutus,
& iuxta id quod dicit dictus doctor in
dic. repetitione. fo. cix. versicu. ex istis
infertur. & per supra dicta tenui illum
contractum esse licitum: & ita cōsulue-
runt postea alij literati & theologi.

Neque predictis obstat: quod dicit
sanctus Thomas secunda secundæ. q.
lxxij. articulo secundo in responsio-
ne ad primum argumentum vbi dicit:
quod recompensatio damni, quod consi-
deratur ex hoc, quod cum pecunia nō lu-
cratur: non potest in pactum deducis:
quia non debet vendere id, quod non
dum habet: & potest impediri multi-
pliciter in habendo: & idem dicit in. q.
xlj. articu. iiij. in corpore quæstionis,
vbi dicit: quod potest quis dānificari du-
pliciter, uno modo: quia aufertur ei id
quod actu habet, & tale damnū semp-
est restituendum secundum recompen-
sationem æqualem. Alio modo dam-
nificatur quis impediendo aliquē: ne
adipiscatur illud: quod erat in via ha-
bendi: & tale damnū non oportet re-
cōpensare ex equo: quia minus est ha-
bere in spe: quam habere in actu &c.
quia hoc declaratur per id: quod sub-
dit in fine quæstionis: vbi dicit, quod tene-
tur tamen aliquam compensationē
facere secundum conditionē negocio-
rum & personarum: & sic videtur sen-
tire. S. thomas, quod in hoc interesse lucri-
cessantis debeat haberi respectus ad
qualitatem negociorum & personarū

& sic videtur potius concordare cum
supradictis: & non contradicere & sic
explicit hæc materia de usuris: in qua
si quid bene dictum vel scriptum repe-
riatur laus detur deo: A quo bona cū
cta procedunt. Si autem aliquid repre-
hensione dignum inueniatur: suppor-
tetur cum benignitate: quia omniū ha-
bere memoriam & in nullo errare po-
tius est diuinitatis, quam humanitatis:
& licet multi doctores famosi: tā theo-
logi quā canonistæ in hac materia scri-
pserunt, & in præcedentibus sumistæ
& ali, copiose, egotamē licet minimus
& nouissimus omnium scribere decre-
ui multiplici ratione: tum quia de du-
bijs hanc materiam contingentibus
fui interrogatus: requisitus: & consul-
tus: tum ab amicis: tum ab alienoribus
tum etiam quia multa quæ ab aliis scri-
ptoribus omissa fuere hic inseruntur:
tum etiam vt qui cæteros tractatus ad
manus habere non possent: hunc salte
quasi faciliorem habeant: sicut manua-
le vel diurnale: & quia sciencia abscon-
dita & thesaurus inuisus quæ utilitas
viris: vt dicit Salomon in pro-
uerbijs & licet nihil sit dictū.
quod non fuerit prius dictū:
& nihil fit nouū sub
sole secundū eūa
dē: nō pro
pterea
est spernendum: neque o-
mittendum. Scio ta-
mē quod aliqui in
publico de
trahēt:
qui in angulis legent.

BREVIS ET UTILIS TRACTATUS DE

cessatione a diuinis eiusdem auctoris.



Via materia ista cessationis a diuinis maiestate a doctoribus explicata est ideo decreui eam in breui isto tractatulo recolligere. Et primo sciendū est pro introductione materiæ quæ ista cessatione a diuinis non potest fieri nisi concurrentibus decem requiæ sitis, de quibus per glo. singularē in. c. quis de offi. ordi. li. vi. in glo. fi. quæ in presenti non curio referre; quia volētes viderere, faciliter vide re possunt in illa. glo. & de ista cessatione. a diuinis loquuntur. proprie iura in. d. c. quis. &c. si canonici. de offi. ordi. li. vi. &c. irrefragabili. &c. cæterum eodem titulo in decretalibus. &c. c. nō est vobis secundum vnum intellectum. despensali. &c. c. dilectis de appella. & cle. prima de senten. excommu. & non sūt alia iura præter supradicta quæ de hac materia cessationis a diuinis loquitur. diffinitio Secundo vidēdum est quid sit cessationis a diuinis: quia ut dixi supra intractatum de usuris per diffinitionem & ethimologiam substantia rei cognoscitur: & melius per diffinitionem: & dicendum est secundum Innocentium indicto. c. irrefragabili. &c. cæterū quæ est suspensatio organorum diuinorum ad tempus; idē dicit ipse & ibi Abbas. in. d. c. dilectis de appella. & glo. in. d. c. si canonici. idē dicit Innocentius in. d. c. nō est vobis despensalibus ex qua diffinitione infertur & sequitur: quod quoniam cessat a diuinis in aliquo loco vel regno: vel priuicia ppter aliquam causam rōnabile & iustā duratē illa cessatione gñali: nulla diuina officia debet ibi celebrari; nec publice & solēni

ter: neque secrete vel occulte: neque sumissa voce: & seruatis his: quod seruantur interdicti gñalis: de quibus in. c. alma matre de senten. exco. li. vi. de quod infra lati dicā. infertur etiā exp̄dicta diffinitio: quod in interdictū gñale & gñalis cessatione a diuinis nō sunt idē: sed poenitus diuersa & separata: unde p̄uilegiatus ut tpc. interdicti possit audire diuina nō intelligitur p̄uilegiatus in cessatione a diuinis: cū sint diuersa: & p̄uilegium nō extēditur ad causum nō exp̄lsum: in p̄uilegio, argumētū c. sane dī priuale. &c. licet de deci. Et probatur ista conclusio: quod interdictū & cessatione nō sūt idē sequētib. ratiōibus. Primo probatur sic: validū est argumentum a vera & formalī diffinitio ad suū diffinitū: scđm Philosophū in primo phisicorū & vñ. ac. x. methaphi. quia cuinō cōpetit diffinitio non cōpetit diffinitū: & ecōtra. arg. l. i. ff. de dolo; et l. i. ff. de testa. sed diffinitio cessationis a diuinis nō cōpetit interdicto neque ecōtra: quia interdictū est prohibito quādiā diuinorum officiorū & sacramētorū a sup̄iori facta ex causa: nisi incertis casibus et sub certa forma a iure exp̄ssis: actiue et passiue scđm Ioānē calderinū ī suo tractatu dī ecclastico interdicto. fol. i. colū. 1. et archiep̄m Florētinū l. 3. parte sua summa. tit. xxvi. c. i. ī principio et cessatione a diuinis ut supra dixi: est suspensio organorum diuinorum ad tempus: cū ergo diffinitio vni, alterinō cōpetat: ergo neque diffinitū: et sic nō sūt idē: sed poenitus diuersa. Secundo probatur ista conclusio sic: int̄ secundum dictū ecclastico est quod iuris: unde silo cus est suppositus ecclesiastico interdicto: clericī aliū de venientes celebrātes in illo loco; non seruata forma decretalis

alma mater de senten. exco. li. vi. efficiuntur irregulares. Sed cessatio a diuinis est quid facti: & consistit in facto: unde clerici aliud venientes publice celebrantes in tali loco: vbi organa diuina sunt suspensa non efficiuntur irregulares: cu[m] non sit a iure expressum: vt in c. is qui de senten. exco. li. vi. immo neque etiam clerici illius loci ut tenet Abbas. in dicto. c. dilectis de appella. pe. colu. item quia interdictum cu[m] sit iuris suspeditum per appellationem sequente: tenet Abbas. in dicto. c. & ista est vera conclusio: quae etiam colligitur ex clemetina de sente. exco. & ex. c. si canonici. & c. quis de offi. ordi. li. vi. Sed supposito q[uod] haec duo non sunt idem: sed diversa: nunquid equiparent ut dispositum in uno. s. in dicto habeat locum in alio. s. in cessatione a diuinis: breuiter est dicendum: q[uod] au loquimur q[uod] tum ad irregularitatem incurram, aut quantum ad modum celebrandi diuina officia, & administrandi ecclesiastica sacramenta, aut q[uod] tum ad suspensionem a iure factam in certis anni festiuitatibus. de quibus in dicto. c. alma mat. Quo ad primu[m] anista duo equiparentur quo ad irregularitatem incurram, videlicet q[uod] sicut celebrans in loco interdicto non seruata forma de eretis alma mat efficitur irregularis. vt in c. is qui de sente. exco. li. vi. ita etiam celebrans in loco vbi est cessatio a diuinis: & in hoc puncto sunt diversae opiniones doctorum, nam Innocentius. in c. non est vobis despon. tenet: q[uod] celebrans in loco vbi organa diuina sunt suspensa ad tempus, est irregularis: & idem videtur tenere Ioa. And. in nouella in c. si canonici. & offi. ordi. lib. sexto. licet in glo. teneat contrarium. Sed Philippus Francus ibi distinguit inter cessationem:

generalem & particularē, vt in primo casu sit irregularis, in secundo vero nō. Sed Ioa. Calderinus. in suo tractatu de ecclesi. interdicto in distincte tenet q[uod] sit irregularis, in secundo folio. colun. quarta idem tenet doctor de villa diego Hispanus: qui fuit auditor sacra patetij in suo tractatu de irregularitate folio. 4. colun. secunda idem tenet archiepiscopus Florentinus in 3. parte suæ summae titu. xxvi. c. iii. mouetur p[ro]dicati doctores ad hoc tenet ea ratione: q[uod]a ista duo equiparantur a iure, vt in cle. i. de sente. exco. Sed equiparatorū equiparata debet esse ratio. c. si postq[ue] de electione. li. vi. c. translatio de consti. sicut ergo celebrans tpe interdict: non seruata forma iuris: efficit irregularis: ita celebrans tpe cessationis: sed contrariam opinionem tenet idem Innocentius sibi met contrarius in duobus locis. s. in. c. irrefragabili. s. ceterum. de offi. ordi. & ibi Hostiensis idem. capitu. dilectis eis ap[osto]le. & ibi Antonius de butrio subduo. sed Abb. ibi dicit q[uod] haec est verior opinio, idem tenet ibi Immola & philippus decius ad finem tertiae colun. & Prepositus Alexadrinus ibi. & haec credo veriore de iure: quā etiā tenuit glo. Ioa. And. i. d. c. si canonici. licet contraria opinio possit sustineri propter auctoritatem tantorum doctorum. Sed pro secunda opinione multum facit quia irregularitas nunq[ue] contrahitur nisi in causib[us] expressis in iure, vt in dicto. c. is quid de senten. exco. li. vi. sed quod celeb[ra]ns tempore cessationis efficiatur irregularis: non est expressum in iure: ergo. & c. item quia penae non sunt extenuandæ & ampliandæ: sed restringendæ: vt in regu. odia. & regula i p[ro]nis. de regu. iu. li. vi. l. interpretatione legū.

ff. de penis. l. cum quidam. ff. de libe.
& posthu. sed irregulatitas est pena et
de hoc non est dubium: ergo non est exten-
denda sed restringenda & limitada, &
tenendo hanc opinionem tamquam veriorē
ad fundamētum in contrariū adductū
de cle. i. de sente; exco. dico secundū Ab-
batē in dicto. c. dilectum. q̄ illa equi-
paratio habet solum locum in casu in
quo loquiur illa cle. & non in alijs.

¶ Quantum ad secundū an hæc duo
equiparantur quo ad modū celebrādi
diuina officia & ad ministrandi ecclē-
siæ sacramēta: videlicet ut sicut hodie
tempore generali interdicti possunt celebrari di-
uina officia secundū formā, textus. in. c. al-
ma matr. & certa sacramēta ministrari:
ita etiam tempore cessationis generalis et
conclusio est q̄ non. quod probatur
sic. **¶** Primo quia hæc duo non sunt
idem, vt supra probatum est, neque equiparantur q̄atum ad irregularitatem in
currendam: vt supra etiā dictū est: cū
ergo non sint idem, neque equiparentur
quo ad irregularitatē, ergo neque quo
ad alia: quia ex separatis & diuersis non
fit illatio. l. papinianus exuli. ff. de mi-
no. cum similibus; neque habet hic lo-
cum argumētum a simili: quia cum de-
tur aliqua dissimilitudo; non procedit
vt in. c. sicut vrgeri. i. q. i.

¶ Secundū facit: quod dicit Ioā. and. in
c. dilectis de app. i. colun. vbi dicit: q̄
fuit interdictū episcopo loci vt eo in lo-
co existēte: cessare iur a diuinis: & quia
ex hoc fiebat preiudiciū episcopo. &c.
dicit ibi. Ioānes And. q̄ verius est q̄ il-
le textus loquitur in cessatione a diui-
nis: & dicit: vltierius: neque obstat: si dica-
tur: q̄ episcopus tunc poterat celebrare
vt in. dicto. i. cæterū: quia neque hoc est
in distincte verū: vt ibi notatur: ex qui-

bus verbis clare videtur sentire: q̄ tē-
pore cessationis specialiter permittitur
episcopo celebrare: vt in. d. i. cæterū.
& ei etiā non indistincte: si ergo specia-
liter permittitur episcopo celebrari: ergo
alijs de negari videtur: q̄a casus specia-
lis & exceptus firmat regulā contra-
riū. l. ius singulare. ff. de lcgi. C. presen-
ti. i. loca. de preben. li. vi.

¶ Tertio facit. c. si canonici. de offi. or-
di. li. vi. versi. si autem cuiusverba sunt:
is qui occasionē cessationi dederat ad
omne interesse dictis canonicis & ecclē-
siæ cuius debitum officium est eiuscul-
pa subtractū teneatur. &c. quæ verba
sunt ponderanda: nam patet ex eis: q̄
etiā hodie iure novo sexti. subtrahitur
ecclesia: diuinum officium per cessatio-
nem a diuinis: & sic si subtrahitur non
poterit aliquo modo celebrari: neque ali-
quo tempore: neque a iure expressum
reperitur: & si tempore cessationis pos-
set celebrari. ianuis clausis: & voce su-
missa: non diceretur diuinū officium
subtractū ecclesijs pro vt ille textus di-
cit. merito ergo est dicendum q̄ tempore
cessationis a diuinis non possint dicto
modo celebrari: cum hoc non reperi-
tur a iure expressum: et ex illo textu no-
nat ibi dominicus et Philippus Frācūs
secundo notabili: q̄ dicitur iniuria fieri
ecclesiæ si in ea non celebrantur diuina
officia: et sic sentiunt q̄ tempore cessa-
tiōis non celebrant hodie diuina officia.
¶ Quarto facit quia limitatum dictū
limitate debet intelligi. c. sit rector in fi-
ne. xlīij. dis. l. cū seruo. ff. de contrahen-
emp. et limitata causa limitatū produ-
cit effectū. l. 2. C. qui admitti. ad bono:
posse. Sed q̄ diuina officia hodie cele-
brētur modo predicto, et ecclesiastica
sacramenta ministrētur limitatē: est dis-

primū.

secundū.

tertiū.

quartū.

Exum est dispositū in interdicto ergo non debet intelligi: neq; extendi ad celsationem a diuinis.

quintū. **Q**uinto facit quia q̄e quid canone nouo vellege nō est expressū specialiter id legum cōstitutionumq; regulis antiquis videtur relictū. l. precipimus C. de appe. in fine & qđ non mutatur quare stare prohibetur. l. sancimus. C. de testa. l. C. de testa. tute. sed per dis-
ētum. c. finale desenten. exco. li. vi. non reperitur expressum q̄ tempore cessationis a diuinis celebrentur diuina officia neq; administrantur ecclesiastica sacramenta relinquuntur ergo dispositio-
ni iuris antiqui cum ius antiquū in hoc non repertatur immutatum, quo iure nullo modo poterant diuina officia ce-
lebrari neq; sacramenta ministrari pre-
ter baptisma parvulorum & poeniten-
tias morientium vt in. c. non est vobis
& ibi Innocentius. despōnsa.

sextum. **S**exto facit, quia casus omissus rema-
net sub dispositione iuris communis. l.
como dissime. ff. de libe. & posthul. l. si extraneus. ff. de condi. cb cau. l. si cum dōtem. ff. solu. matri. sed per dispositio-
nē illius textus alma mat̄ omittitur cel-
fatio a diuinis; remanet ergo sub dispo-
sitione iuris communis antiqui: quid in ea sit seruandum. si enim Romanus
pontifex idem voluisse in cessatione a
diuinis: quod in interdicto hoc expres-
sisset. c. ad audientiā de deci. l. illam. C.
de colla. autētica de trien. & semisse. &
consideremus colla. tertia.

septimū. **S**eptimo facit, quia dispositio illius
capituli finalis est correctoria iuris an-
tiqui & exorbitans: ideo cum sit cor-
rectoria & exorbitans iuris antiqui.
quo iure nullo modo poterant diuina
officia celebrari; vt in. c. qđ int̄. depō-

ni. & remi. c. cum in partibus de verbis
signifi. c. quod nō nullis de priuileg. c.
non est vobis despōsali, non debet ex-
tra casum in quo loquitur: nec ad alios
in consequentiam trahi: vt in regula
quaē à iure dc reg. in. li. vi. quod fortifi-
catur ex glo. notabili & cōmuniter ap-
probata in. c. constitutionē de regula.
li. vi. quaē dicit: q̄ talia iura exorbitātia
& correctoria non extenduntur ex idē-
tate rationis ad alium casum quā ex-
pressum: pro qua est textus quē ibi cō-
mēdat dñicus in. c. statutū de electi. li.
vi. textus & ibi Abbas in. c. cū sit de ius-
de. cū ergo ille textus loquitur in interdi-
cto nō habet locū incessatiōe a diuinis.
Octauio facit textus & ibi dominic⁹ octauū.
in. c. q̄ uis in fine de offi. ordi. li. vi. vbi
textus dicit: q̄ si incessatiōe rō fuerit
seruata illa: quaē debent obseruari: q̄
tunc in ecclesijs celebrentur diuina of-
ficia: vt prius, per quē verbum vide-
tur innuere textus: quōd si illa decem
requisita fuerint seruata durante cessatiōne,
non celebrabūt diuina officia:
nā si celebrarentur non dicaret textus,
vt prius, & dominicus ibi nota dicens
recta: q̄ effēctus cessatiōis a diuinis est;
vt nulla officia diuina celebrentur.

Nono facit, quia in edictis prohibi-
torijs quod non est expresse permisū;
celeretur prohibitum. c. dilectus de tem-
po. ordi. sed edictū de celebratione di-
uinorum officiorum & administratio-
nis sacramentorum tempore cessationis
est prohibitorū: vt est textus, secundū
q̄ intelligitur incessatiōe a diuinis: se-
cūdū Innocē. & Abba. ibi in. c. non est
vobis despōnsa, vbi textus dicit nulla
diuina officia celebrentur per dictio-
nem vniuersalem negatiūa: sed q̄c d.
tempore cessationis a diuinis aliqua

officia diuina pmittantur celebrari: nō est expressum in iure nouo, necq; anti-
quo: immo prohibitum. ergo. &c.
decimū. ¶ **D**ecimo facit quia vt dixi in princi-
pio cessatio est suspensio organorum
diuinorum ad tempus. & arguēdo de
parte ad totum quod est licitum argu-
mentum negatiue & affirmatiue: quia
quod nō habet locum in parte, neq; in
toto: & quod habet locum in parte &
in toto: & arguendo negatiue: si id de
quo minusvidetur inesse nō in est: neq;
id de quo magis: & si pars nō i est neq;
totum. c. pastoralis. §. itē cum totum
de offi. de lega. l. quæ d tota. ff. de re iū-
di. Sed quando certa persona suspēdi-
tur ab officio: non potest aliquo modo
celebrare diuina officia: neq; publice:
neq; secrete; neq; ingerere se diuinis pu-
blice; neq; priuate: & si ingerat se diui-
nis: vel celebret: incurrit irregularita-
tē. vt in. ca. p̄r̄mo de re iudi. l. vi. ergo
idem erit dicendum in generali suspen-
sione a diuinis: quaē est cessatio: vt ea vi-
delicet durāte, nullus posset celebrare:
neq; ingerere se diuinis publice: neq;
priuate vel secrete: & perinde est: ac si
omnes ministri ecclesiæ essent particu-
lariter suspensi: quia vna pluralitas re-
soluitur in plures singularitates. l. falsa
dēmōstratio. ff. d cōditio. & dēmōstra-
cōtra ps. ¶ **S**ed pro cōtraria parte, immo q; dis-
positio textus in. d. c. fi. de senten. ex-
co. l. vi. quo ad modum celebrandi di-
uina officia: & administrādi ecclesiastī-
ca sacramenta habeat etiā locū in cessa-
tione a diuinis: licet solū modo loqui-
tur in interdicto: faciunt sequentia.

primum contra. ¶ **P**rimo facit auctoritas doctōrū: nā
hoc tenet expresse beatus Antoninus
Archiepiscopus Florētinus. vbisupra
& doctor de villadiego Hyspanus au-

ditor sacri palacij apostolici in suo tra-
ctatu de irregularitate folio. 4. colū. 2.
in primo & folio. v. secunda colū. vbi
hoc tenet expresse.

¶ **S**ecūdo facit: q̄a p̄uisio facta in vno 2. contra,
casu p̄ modū dispositionis porrigitur
ad aliū casum: si ille casus omissus po-
test intelligi virtute expressi: textus est
in. 4. aliud. insti. de socie. tenet Bart. in
l. como diffime. ff. de libe. & posth. &
in. l. Gallus. §. & quid si tantū eodē. ti.
1. colū. in fine. Sed sic est: q̄ cessatio a di-
uinis omissa per dictū. e. finale. p̄t tacī
te intelligi virtute casus expressi. si inter-
dicti: ergo prouisio illius textus dispo-
nēs in interdicto habet locum in cessa-
tione a diuinis: quantum ad celebratio-
nem diuinorum & administrationem
sacramentorum.

¶ **T**ertio facit: quia prouisio facta sim. 3. contra,
pliciter in vnum casum per modū dis-
positionis porrigitur ad aliū: etiā si il-
le casus omissus nō intelligatur tacite:
virtute expressi: si tamē constat de mē-
te & voluntate disponētis volentis ad
casum omissum porrigi. textus est: in
l. titius. §. 1. ff. de libe. & posthu. tenet
idē Bart. in dicto. §. & quid si tantum:
cū ergo sit presumēdū: q̄ voluntas
Papæ disponētis in interdicto circa ce-
lebrationē diuinorū officiorum sit: vt
etiā porrigitur ad cessationē a diuinis:
prationē textus. dicto. c. fi. in principio
ergo p̄uisio facta simpliciter in interdi-
cto debet extēdi ad cessationē a diui-
nis: cū hoc tacite resultet ex mēte dispo-
nētis: licet iste casus nō fuerit exp̄ssus: et
prouisus. in. d. c. fina. ¶ **Q**uarto facit: 4. cōtr.
q̄a p̄uisio facta in vnu casum porrigit
ad aliū casū sibi similē: licet fuerit omis-
s⁹. l. fi. i fine. ff. māda. facit tex. & ibi glo.
et Bar. i. dicto. §. et qđ sitm cū ergo cel-

fatio & interdictum assimilentur: prouisio dicti. c. fina. facta simpliciter in interdicto porrigitur ad cessationem sibi similem.

contra. **S**exto facit textus capitalis in ista materia, in dicta cle. prima de sentē. exco. vbi interdictum & cessatio equiparantur: nam quemadmodum religiosi nō seruantes interdictum, quando seruat ecclesia matrix: incurrit sententiam excommunicationis ipso facto: ita etiā si non seruant cessationem a diuinis, vbi ecclesia matrix seruat: cum ergo haec duo a iure equiparentur: dispositum in uno habet locum in alio: quia: equiparatorum equiparata debet esse dispositio. c. si postquam de electio. li. sexto. l. illud. ff. ad legem Aqui.

contra. **S**ed his rationibus non obstatibus, contrariam opinionē credo de iure ve- riorē. s. qd dispositio. dicti. c. fina. loquēs in interdicto non habet locum in ces- satione a diuinis per rationes & funda- mēta adducta in prima parte: licet ista quaestio ēgeret decisione Papali, neq; obstant argumenta & fundamenta ad ducta pro contraria parte.

ad. 1. &. Et primo non obstat primum: nam licet auctoritas doctorum sit probabili- lis: nō tamē necessaria: & fuit decept⁹, cū ipse fundet se ex dicta cle. i. de sentē, exco. vbi ista duo equiparantur: q̄a illa equiparatio p̄cedit solūmodo in casu: in quo loquit̄: vt tenet abbas & docto- res. in dicto. c. dilectis de app. & illa equiparatio nō est generalis: & p̄ hoc etiam patet responsio ad quintum & finale fundamētū. de dicta cle. prima.

ad secundū. **N**on obstat etiam secundum funda- mētū: quia cessatio non potest tacite intelligi sub interdicto: cum sint peni- tūs diuersa & separata vt ex supradic-

etis patet: & sic prouisio facta in interdi- cto non extenditur neq; porrigitur ad cessationem.

Ad tertium fundamētū dīendū ad tertiu- m est: q̄ non est verum dicere, q̄ tacite re- sultet ex mente disponentis, q̄ disposi- tum in interdicto habeat locum in ces- satione a diuinis: quia cū nō constet ex presse ex eius mēte non est supersticio- sis ad inuentionibus presumēdum. vt i.c. int̄ corporalia & trāssa. episcoporū.

Non obstat similiter quartum fun- damentum: nālicet cessatio aliquo mo- do equiparetur interdicto: non tamen est omnino similis, neq; nomine neq; effectu: vt ex supradictis patet: ideo p̄- visio facta in interdicto nō porrigitur ad cessationem.

Ex omnibus supra- dictis remanet vera conclusio: q̄ inter- dictum & cessatio a diuinis non equi- paratur, neq; quo ad irregularitatem incurrēdam neq; quantum admodū celebrādi diuina officia, & administrā- di ecclesiastica sacramēta: neq; interdi- cto & cessatio sunt idem: sed penitus diuersa: vnum tamen est: q̄ interdictū particulare & particularis cessatio a di- uinis equiparantur: quia tempore par- ticularis interdicti quādo vna ecclesia particulariter interdicitur: nō celebrā- tur ibi diuina officia seruata forma de- cretalis alma mater: sed seruabitur ius antiquum secundum Ioannē calderis num in suo tractatu de ecclesiastico, in- terdicto, folio. 5. colū. i. ita etiam tēpo- re particularis vel generalis cessatiōis: & quod dicatur particulare interdictū & quod generale, & quæ differētia sit inter utrumq; breuiter dico: q̄ genera- le interdictum est: cum interdicitur re- gnum, vel provinciā, vel ciuitas, vel ca- strum, vel villa: textus est in. c. cum in-

partibus de verbo. significa. tenet Calderinus in dicto tractatu folio. 2. colū. 5. Archiepiscopus Florentinus in . 3. parte suæ summae titu. xxvi. c. fij. immo si in loco interdicto est vna tantum ecclesia; dicitur interdictum generale; vt dixit Calderin⁹ in dicto loco: quia nō est attēdendus numerus ecclesiarum. particolare vero seu speciale interdictum est: cum interdicatur vna ecclesia tantum, vel certæ ecclesiæ secundum Calderinum in dicto loco: & archiepiscopum Florentinum in dicto loco. 6. i. immo si interdicūtur omnes ecclesiæ ciuitatis, villæ, vel prouinciæ; tale dicitur interdictū particolare: sicut si vna ecclesia esset specialiter interdicta; quia talis vniuersitas resoluitur i plures singularitates: vnde si dico interdicto omnes ecclesiæ; talis prouinciæ, vel ciuitatis; perinde est ac si dicerem: interdicto talem & talem ecclesiam; ita tenet Calderinus in dicto tractatu . folio . 3. colū. prima: & archiepiscopus Florentinus in dicta tertia pte titulo vigesimo sexto. c. 2. 6. i. in principio. Secus quando interdicatur ipsa ciuitas, vel prouincia, vel regnum vel villa vel castrum: quia tūc est generale vt in dicto. c. cū in partib⁹ de ybo. signi. c. sicut ciuitas de sente. exco. li. vi. & inter interdictū particula re & generale sunt multæ differentiæ.

C *Prima differentia est: q̄ tempore generalis interdicti possunt hodie celebrari diuina officia, & ecclesiastica sacramenta ministrari seruata forma. c. fina. de senten. exco. li. vi. sed quando est particulare interdictum: nullo modo possunt ibi diuina officia celebrari: vt supra dixi & ratio est: quia textus. in dicto. c. finali loquitur in interdicto generali; & cū sit ille textus correctorius differen- tiae in generale in terdictū.*

iuris antiqui; debet solum modo seruari in casu in quo loquitur. s. in interdicto generali & non in particulari.

C *Secunda differentia est: q̄ tempore generalis interdicti potest concedi baptistia. ma omnibus in distincte, tam parvulis, q̄ adultis, vt in c. non est vobis. sponsa. c. quoniam de sente. exco. li. vi. & sacramentum confirmationis. c. responso de senten. exco. sed quando est particolare interdictum: tutius est, vt dicta sacramenta non ministrētur in ecclesia, vel ecclesijs: vbi est interdictum: ne aliquod scandalum inde oriatur: tenet Calderinus in loco. i. allegato. & archiepiscopus Florentinus similiter in loco preallegato. **T** *Tertia differentia est: 3. differen- quia interdictum generale non potest tia. relaxari ad cautelam. c. presenti de sen- ten. exco. li. vi. Sed interdictū particu- lare bene potest relaxari ad cautelā te- net. lo. monachus. in dicto. c. presenti & Ioa. And. ibi & Calderinus in dicto loco folio. 3. colun. 2. & Archiepisco- pus Florentinus in dicto loco licet Archidiaconus tenuerit contrarium in dicto capi. presenti; & ratio huius differentiæ est: quia textus in dicto. c. p̄sentiloqui- tur in generali interdicto: Secus ergo in particulari. arg. c. qualis. xxv. di. & c. nōne de presumpti. l. cum pretor. ff. de iudi. **Q** *Quarta differentia est: quia 4. diffe- in terdictum generale non potest poniri rentia. pro debito pecuniario: vt in extraua- ganti prouide Bonifacij: octauii. Subti- tulo de senten. exco. sed interdictū par- ticulare seu speciale, sic tenet Calderi- nus in dicto loco & archiepiscop⁹ Flo- rentinus vbi supra: quia phibitio facta in uno casu non extenditur ad aliū. l. si vero. 6. de viro. ff. solū. matri. c. suscep- ptum, de rescri. li. vi. idē etiā in cessatiōe adiunis;***

a diuinis; quæ nō pōt fieri pro pecunia
rio debito: tenet glo. & ibi dñicus in.c.
si canonici de offi: ordi. li. vi. & sic in
hoc conueniunt & equiparātur inter
dictum & cessatio.

differē. **Q**uinta differētia est: q̄ inter dictū
generale in quatuor anni festiuitatibus
ipso, iure suspenditur: & diuina officia
celebrantur: vt prius: vt in dicto. c. fina
§. in festiuitatibus & in festo corporis
xpi, cū suis octauis per extra vagātem
Martini quīti: sed particulare, seu spe
ciale interdictum nō suspenditur in illis
quatuor festiuitatibus: ratio huius est:
quia cum ille texius, finalis. §. in festiui
tanibus loquāt̄ in generali interdicto,
secundum doctores comuniter: ergo
non debet extendi ad speciale, seu par
ticulare, cū illud. c. sit correctoriū: vt su
pra dixi & exorbitās: & q̄ permittitur
in generali interdicto: prohibetur in
speciali. l. cum pretor. ff. de iudi. cum
similibus.

differē. **S**exta differentia est: quod tempore
generalis interdicti permittitur cleri
cis: qui seruauerunt interdictum dece
dētibus tēpore interdicti: vt possint se
sepeliri in ciminterio illius ecclesiae, cū si
lentio cessantibus oībus solēnitatibus:
& hoc in speciale priuilegiū: sed quā
do est speciale, seu particulare inter dis
ctum: alij clericī non possunt sepeliri in
ciminterio illius ecclesiae, neq̄ habent
istud priuilegium: licet clericī illius
ecclesiae specialiter interdicta: sic tenet
abb. in. c. quod in te de poeni. & remi.
in fine. & iste differētia non sunt ita be
ne recollectæ alibi, vt hic & sunt valde
vtiles & contingibiles.

differētia
int' cessa
tionē & i
terdictū. **P**ossunt etiam ex supradictis colligi
aliae differentiae inter cessationem adi
uinis & inter dictum.

Et prima differentia est: q̄ interdi¹. differē
ctum est quid iuris, cessatio vero est tia.
quid facti.

Secunda differētia est: q̄ interdictū 2. differē
suspenditur per a appellationem sequētia.
tem: sed cessatio nō suspenditur.

Tertia differentia est: q̄ celebrantes 3. differē
tēpore interdicti nō seruata forma, de tia.
cretalis alma mater efficiuntur irregu
lares: sed celebrātes tēpore cessationis
non efficiuntur irregulares: licet alii er
possunt puniri arbitrio superioris, li
cet aliqui contra vt supra dixi.

Quartia differētia est: q̄ licet tēpore 4. differē
interdicti hodie posunt dici diuina of
ficia seruata forma decretalis alma ma
ter: sed nō tēpore cessationis a diuinis.

Quinta differentia est: q̄ licet inter 5. differē
dictū suspendatur a iure hodie in qua tia.
tuor anni festiuitatibus de q̄bus, indi
cto. §. in festiuitatibus: & in festo cor
poris Christi nō tamē in illis festiuitati
b⁹ suspenditur a iure cessationis a diuinis.

Sed licet in predictis differat: in aliis
quibus tamen conueniūt, primo: quia
sicut religiosi tempore interdicti tenē
tur se conformare cum ecclesia cathe
drali, vel matrici: ita etiam tēpore cessa
tionis a diuinis sub poena excommun
icationis, vt in cle. prima de sentē. exco.

Item quia sicut interdictum non po
testponi pro pecuniario debito: ita ne
q̄ cessatio a diuinis.

Sed quia supra cōclusimus: q̄ tem
pore cessationis a diuinis non celebri
tur diuina officia seruata forma illius
decretalis alma mater. quæ ergo for
ma erit tunc seruanda?

Et iudicio meo forma erit ista secun
dum dispositionē iuriū antiquorum seruāda ī
cum iure nouo non sit declaratum, & cessationē
primo quātum ad administrationem adiuinis.

Sacramentorum; nam baptismus poterit cōcedi parvulis, & poenitentia moriētūbus seu infirmis: qā nō est necesse expectare verū mortis articulum; sufficit em̄: q̄ sit infirmus: & petat poenitētiā; sanis vero nō pōt cōcedi; cū solū pmitatur infirmis seu moriētib⁹; scilicet tpe cessationis a diuinis licet secōtpe interdicti p̄ dictū. c. nō est vobis. & c. respōso. de sentē. exco. Itē sacramentū eucharistiae pōt concedi: quod viaticū appellatur: quia deceđētibus ab hoc seculo datur: quia illum subsacramento poenitentiā includitur, vt in. c. quod in te de poeni: & remissi. & ex quo tēpore cessationis permittitur poenitētiā cōcedi infirmis: ergo & viaticū seu eucharistia poterit etiā in ecclesijs parochialibus semel in Hebdomada celebrari causa cōficiēdi corporis Christi pro infirmis cōmuni cādis: Ianuis tñ clausis: & voce sumissa: & excōmunicatis vel interdictis exclusis. nō pulsatis cāpanis: vt in. c. permit̄imus desentē. exco. qā ex quo tēpore cessationis pmititur eucharistiae sacra mētū: ergo eius cōsecratio qua nō potest fieri cōmode nisi missa celebretur:

